Bibliothèque numérique

medic@

**Théophile Protospathaire / Guidott , Thomas (éditeur scientifique).**
**Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ...**

*Lugduni Batavorum, Apud Henricum Teering, Bibliop. è regione Academiæ in angulo plateæ dictæ de Kloksteeg, 1703.*
*Cote : 90958 t. 127 n° 01*

PARIS biu santé

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)**
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?90958x127x01

1.

# ΘΕΟΦΙΛΟΥ
## ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ
### ΒΙΒΛΙΟΝ.

# THEOPHILI
## DE VRINIS
### LIBELLVS.

THOMAS GVIDOTIVS
ANGLO-BRITANNVS,

Innumeras, quibus hactenus ſcatuit, mendas ſuſtulit, Hiulca ſupplevit, Luxata reſtituit, de novo vertit, & notas adjecit;

*Unà cum Prolegomenis, in quibus de Potulentorum Tranſitu ad Renes; & recto Uroſcopiæ uſu diſſeritur, Caſtigatur Textus, & ebaſmata ſupplentur ad Exemplaris MS. integri fidem in Celeberrima Bibliotheca Bodleiana Oxonii; collatis etiam aliis Manuſcriptis Codicibus: cui acceſſit ejuſdem* THEOPHILI *de Excrementis Tractatus, luce & Latio nunc primum donatus ex eadem Bibliotheca longe Celeberrima.*

*LVGDVNI BATAVORVM,*

Apud HENRICVM TEERING, Bibliop. *è regione Academiæ in angulo plateæ dictæ de Klokſteeg.*

Οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ πρόσεστιν.

Euripid. in Phœniſſā.

——— *non omnia grandior ætas*

*Quæ fugiamus habet.* OVID.

*CLARISSIMO VIRO*

# JAC. GRONOVIO

*S.*

QVVM eruditiſſimi & omni laude majoris viri, Joannis Frederici Gronovii, patris tui, τοῦ μακαρίτου, merita, apud laris cujuſcunque Doctos, adhuc vigeant, quumque Filius ejus, adultior Aſcanius, æquis paſſibus patrem ſequatur; cauſa patet, Doctiſſime Jacobe, cur ad magni adeo nominis aſylum confugiat Theophilus noſter, quem in ſinum veſtrum receptum fore, non eſt dubitandum. *Cælum, non animum, mutant,*



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 3 sur 291

*qui trans mare currunt.* Idem ubique literarum, & Literatorum cultus, eadem reverentia, eadem amicitia; nec corporum diſſidium animarum activitati impedimento eſſe ſolet, quæ extra corporis ergaſtulum divagari, & ulterius libertates ſuas extendere obſervantur. *Cogito*, inquit egregius Philoſophus, *ergo ſum.* Et ſi Animarum noſtrarum alis hæ pennæ deciderint, molem rudem, & minimè activam poſt ſe relinquent, & divinæ auræ particula, in prædam partemque Terræ degenerat. Si Autoris Græci Stylus facilis, clara Methodus, Sermo ſuccinctus, Phraſis nitida, apud ſingularem humanitatem tuam,



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 4 sur 291

& Literaturam haud Vulgarem, quicquam valeant; Si Pietas, Modeſtia, & Gravitas, aliquid amabile in medico contineant; Si perſpicuitas, & ſuavis dicendi facultas, Tractatum commendent; Si Aglaia, Euphroſyne & Thalia, Charites Jucundæ Temperamentum honeſtent; & quod omnium ſumma eſt, Si Naiades, fontes, & flumina præſentes adornent; Si Theophilus, his nominibus, tam eruditi Capitis favorem occupaverit; numeris omnibus perfectus, omniumque puncta & ſuffragia ferre videtur. Sed quod, præ cæteris, caput ſuum effert,

Quantum lenta ſolent inter



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 5 sur 291

viburna Cupreſſi, eſt, Humani Generis Redemptoris, Chriſti Invocatio ſolennis, crebra, & maximè pia, cum Epitheto, ſæpius memorato, ἀληθινοῦ Θεοῦ, quod, ſi alia æquè valida idem ſuaderent, S. Lucæ Theophilum, quaſi digito monſtraret. Apageſis itaque Arrianorum, & Socinatis dogmatum ſectatores, veteres nuperoſque Hæreticos, qui Deitate iſta Filium Dei ſacrilegè denudant, quam Chriſtus ipſe ſibi vendicat, Sacræ Paginæ eidem attribuunt, Antiqui Chriſtiani omnes, uno ore, proni agnoſcunt, & hic Theophilus, nomini ſuo conſentaneum, publice profitetur. Si Juvenilium meorum pars hæc

exi-

exigua, annis abhinc pluſquàm triginta ſcripta Oxoniæ, gratiam apud doctos aliquam, veſtro nomine, invenerit; Voti ſui compos eſt factus, & rem acu tetigit

Vir Clariſſime,

*Humanitatis Veſtræ, &*
*Literaturæ Humanioris,*
*Cultor, & Amicus,*

Dabam Aquis Calidis,
in Magnæ Britanniæ
Comitatu Somerſetenſi,
VII Id. Sext. Anno Æræ
Chriſti MDC. XC. VIII.

THOMAS GVIDOTIVS.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 7 sur 291

T. G.

# LECTORI

## ΦΙΛΟΘΕΟΦΙΛΩ

S.

QVID à me in hac Editione præſtitum ſit, paucis Te, Lector, monitum volo. *Scias igitur Tractatum hunc de Urinis quem præ manibus habes (de cujus Autore ſatis dictum in Notis) primùm, quod ego quidem intelligere potui, Latine tantum in lucem prodiiſſe A. D.* MCDLXXXIII, *cum Introductione Joannitii, Philareto, de Pulſibus, Conſtant. Aphricani Interpret. & Com. in Aph. Hipp. aliiſque quibuſdam Hippocratis & Galeni Opuſculis Latinis, operi iſti inſertum, cui Titulus Articella, quod Franciſcus Argillagnes de Valentia emen-*

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 8 sur 291

*emendavit , & Venetiis edidit , apud Herm. Leichtenſteyn. Auctor hujus Verſionis incertus. Nomen enim non occurrit. Suſpicor autem fuiſſe Ponticum Virmium, aut (ut interdum vocatur) Virunium. Lego enim apud Geſnerum , in Biblioth. illum Theophilum de Pulſibus & Urinis traduxiſſe. Ætas etiam ejus coincidit cum primâ (ut puto) verſionis hujus editione. Vixiſſe enim dicitur ſub Lud. Sphortia circa A. D.* MCDXC. *Verum quicunque fuerit , Græca Theophili adeo preſſe, & , quod ajunt , κατὰ πόδα , ſequitur, verbumque ita verbo reddit, ut, tametſi voces nonnullas barbaras, & ſeculo, quo vixit, congeneres, uſurpet, non raro tamen vacillantibus noſtris conjecturis in emendando Theophilo ſuppetias tulerit. Decennio vero poſt, nimirum, A. D.* MCDXCIII *eandem Artis cellam , in quâ Theophilus , ad prælum revocavit Gregorius quidam à Vulpe , & dicteriis quibuſdam (ut vocat) marginalibus illuſtravit. Impreſſa eſt iterùm Venetiis, Anno prædicto , per Bonetum Locatellam , juſſu & impenſis Octaviani Scoti. Abhinc Ann.* XXX, *ſive A. D.* MDXXIII , *Hieronymus de Saliis idem opus typus mandavit , & acceſſionibus nonnullis auctum dedit , Theophilumque , una cum cæteris , imprimendum curavit. Deſtituuntur autem Verſiones omnes prædictæ capitulo* XVIII , *quod eſt de Sedimentis Ervoſis , & Epilogo. Tandem vero Albanus Torinus Vitodurienſis , ſive quod Verſio-*



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 9 sur 291

*ves memoratas nondum viderat, ſive (quod potius credo) quod alium codicem Græcum MStum nactus fuerat, cujus ope meliorem verſionem ſe daturum exiſtimavit, verſionem puram putam novam adornavit, verum tantis ambagibus, & tam futilibus verborum phaleris adeo fœde turgentem, ut in ipſius Theophili verſione, Theophilum requiras. Edita eſt hæc verſio Baſileæ, apud Hen. Petri A. D.* MDXXXIII. *Cui poſtea Hen. Stephanus inter Medicæ artis Principes poſt Hipp. & Galenum, quos Pariſiis impreſſit A. D.* MDLXVII, *locum dedit, verum, quod miror, nec Animadverſiones, nec Caſtigationes ullas adjecit, ſed ita, ut invenit, edidit. Hæc cum ita ſe habere intellexit Vir Cl. Federicus Morellus Gallus Profeſſor & Interpres Regius, Theophilum proprio idiomate, i.e. Græco, primus vulgavit, A. D.* MDCVIII. *Pariſiis; at codice non ſolum non caſtigato ſatis, ſed & manco uſus, plurima reliquit, circa quæ poſterorum diligentia ſe ſedulò exerceat. Nam Morellum infido mendoſoque Codice deceptum in Verſione ſua autoris mentem locis non paucis minime aſſecutum in Notis oſtendimus. Anno autem Domini* MDCXXXIX, *cum Renatus Chartarius Pariſienſis Medicus, Vir Doctiſſimus, & longiori vita, ſi Deo ita viſum fuerat, digniſſimus, auguſtum illud Opus Hippocratis & Galeni Opera conjunctim complectens (quod, proh dolor! in partu hæſit, & ſæviſſimis ὠδῖσιν, ut audio,*

*dio, parentem necuit) orbi exhibuit, Theophilum etiam Tomo octavo inſerendum curavit. Cumque menda quædam in Editione Morelliana, quam exſcripſit, animadverteret, ipſe quædam emendavit, & Morelli verſionem locis quibuſdam interpolavit. Verum quum Morelli Codicem in pleriſque ſecutus fuerat, iiſdem erroribus, ut plurimum, quibus ille, abundat, niſi quod interdum textum, neſcio quo fato, in pejus mutaverit.*

*Habes Editionum præcedentium rationem. Audire autem videor quempiam rogantem* τί περισσὸν ποιεῖς; *Reſpondeo. Textum ubique fere caſtigavi ad Exemplaris integri, à mendis licet omnibus haud immunis, fidem, quod Bibliotheca Bodleiana longe Celeberrima mihi ſuppeditavit. De Græco Codice, quo Torinus uſus eſt, non conſtat; quicunque autem fuerit, quin alius fuerit ab hoc Oxonienſi, nullus dubito. Nam quædam (& ſpeciatim totum caput quod illi eſt* XI) *de Lotiis hypoſtaſi carentibus; apud illum leguntur, quæ in nullo alio Exemplari Græco, aut Verſione Latina, reperire potui. At vero licet Torini Codex additamentis quibuſdam Oxonienſem ſuperet, ab illo tamen in quibuſdam ſuperatur; Cum cap.* XVIII, *de Sedimentis Ervoſis, in Torini interpretatione mancum habeatur, & pius Epilogus in ſolidum deſit, unde* μείζον *fuiſſe iſtum Codicem facile credam, aut Torinum ipſum Arriani aut Socinatis*

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 11 sur 291

*tis dæmone obſeſſum, quum in Verſione ſua Dei nomen ubique agnoverit,* CHRISTI *autem Redemptoris noſtri* DEITATEM, *quam Theophilus potiſſimum celebrare annititur, de induſtria reticuerit, & pium Epilogum, dedita, puto, opera, amputaverit. Locis etiam ſuis Luxata reſtitui, Variantes Lectiones ſubjeci, Tractatum in Capita diſtinxi, Verſionem novam concinnavi, &, quod primo loco memorandum foret, Græca à verbis* Εἰ δὲ μὲν οὖν ἡ ῥῆσις *&c. p.* CIV. *ad* Εἰ γὰρ καταλάβοι *&c. pag.* CXXXII. *(quæ in utraque Editione Græco-Latina præcedenti defuerunt) primus ſupplevi. Verbo dicam, ex Urceo feci Amphoram, ex Nano (abſit ſolœciſmus) Gigantulum, ex ruſtico & incompto elegantem & nitidum, quem ſi orbi Erudito gratum eſſe intellexero, operam meam non male collocatam mihimetipſi congratulabor. De Notis nihil addo, niſi quòd in illis emendationum mearum rationem reperias. Si quid tamen in iſtis, aut etiam in Verſione humanitus peccatum ſit (homo enim ſum, & erroribus obnoxius) illud humanitèr Te mihi condonaturum ſpero. Nam, hanc veniam petimuſque damuſque viciſſim. Interim laborem noſtrum qualemcunque æqui bonique conſulas velim. Vale, &, ſi exiguis hiſce Tibi adeſſe vacaverit, majora à me aliquando expecta.*

P. S.

## P. S.

*Notandum literas γρ., quibus Variantes lectiones ſignificantur, interdum literis rubris pingi, interdum vero nigris; Quæ nigris pinguntur, MSti Bodleiani integri ſunt; Quæ vero rubris, (id quod quia commode in typis fieri nequibat, præpoſito aſteriſco notari placuit) Excerptorum quorundam de Urinis, manu etiam Exaratorum, in quibus* IV *tantum Theophili capita,* III. *viz.* IV. V. *&* VI. *reperiuntur.*

*Porrò, in Notis Verſionis MStæ mentio paſſim occurrit. Scito igitur Verſionem iſtam eandem plane eſſe cum illa Articellæ incluſa, cùm autem impreſſis caſtigatior ſit, illam ſequi, ſatius duxi. Iterum Vale.*

*CLARISSIMO VIRO,*

# THOMAE GVIDOTTO

*Gratiarum Hecatomben*

Unà cum Verſiculis enumeratis, ob rem in Verſione Theophili Περὶ Οὔρων, & Editione Græco-Latina, bene habitam,

*Et à Priori & à Poſteriori*

D. D. C.

JOANNES MANIFORD, GENEROSVS.

ORTVS ab Hetruſcis, noſtris nutritus Athenis,
Cui Pater eſt Latium, cui Græcia Mater abundans,
Attamen Hantoniæ non dedignator arenæ,
GVIDOTTE, humanæ indigitas primordia Sedis
Stercus & Urinam, parvi incunabula mundi;
Urinæ ductus cæcos, varioſque meatus;
Plenius & melius Riolano, atque Omnibus, edis.
Ex Lotio laudum Tibi vectigalia magna,
Corrigis errores Medicorum Presbyterorum,
Et matulis tribuis quantum meruere, nec ultra;
Sic medicaſtrorum laqueo gens improba pendet.
Tuque Theophilus es, ſimul atque Θεοῦ φίλος idem
Tu τὸ χρηστὸν amas, redamabit Teque τὸ Χρηστόν.
Macte Aſclepiades, totamque à Sedibus imis
Adſtrue Doctrinam tutæ ſubitæque medelæ.

*J. M.*

JOA-

JOACHIMVS FREDERICVS SAGITTARIVS, M. D.

Blandfordienſis, in agro Dorſetenſi, practicus Eximius, Epiſtola, paulò ante mortem, ad me ſcripta:

VALEAS *diu*, *Vir ſumme! Et quam meditaris diſquiſitionem* De Ductibus Potiferis, *orbiſque literarius diu exoptavit, & etiamnum avide expectat, in lucem emittere, quam citiſſime digneris; prolem tanto parente digniſſimam.*

---

AD

*CLARISSIMVM SVVM*

# THOMAM GVIDOTT

*Interpretem Doctiſſimum, & Scholiaſten Accuratiſſimum Viri verè nobilis Theophili, Artis Medicæ apud Veteres Principis,*

Περὶ Οὔρων, καὶ Περὶ Διαχωρημάτων.

Ἡρμήνευσας ἰθὺς σὺ βιβλίδιον Θεοφίλου,
Ἄξιον ἐργασθεὶς λαμπάδος ἠδὲ κόπου.
Χριστιανός τ' Ἰατρὸς περ ἐμοὶ ὁ ἔοικε Κρίτης
Ὧς Λουκᾶς Ἁγίας δὶς προσέταξε Γραφάς.

Κρι-

Κέρδεος ἐξ ἔργων γλυκερὸν μὲν ἐπευθόμεθ' ὀδμὴν,
  Αὐτὰρ ἐκεῖσθε κλέος τίς φύεν οἶδε πάρος;
Σὸν δὲ τὸ ἐκ κόπρων κλέος ὄρνυται ἔξοχον ἄλλων,
  Ἐξ ἀμφοῖν κέρδος σοί τε καὶ αὖθε κλέος!
Ἐκφαίνεις προλέγων, τὰ γράμματα κρυπτὰ Παλαιῶν,
  Αἰῶνι χαρίεις, ἱμερόεντα φέρεις.
Ἐκμελετᾷς, νέος ὤν, πολλοῖς ἄγνωστα γέρουσιν,
  Εἰ δὲ τὶ μεῖζον ἔχεις, γραῦν τάχα ἔρδε κόρην.
Μὴ δὲ μηνύης προλέγων, εἰς λέξιν αὐτοῦ δέ τε πρᾶξιν,
  Ἐς κορυφὴν πολιήν· εὖγε Γυϊδόττε πάλιν!
Εὖγε ἔφην, ὅτ' ἂν δὲ λέγεις, λέγε μοι, καὶ ἐλεύσομ',
  Αἴκεν ἴσης γήραος πρὸς νεότητα τρέπειν.

ROB. WITTIE. M.D.

*Coll. Med. Lond. Socius.*

PRO-

# PROLEGOMENA.

QVANDOQVIDEM Theophilus, Tractatus inſequentis Auctor, potulentam materiam pro urinâ futurâ in hepate jam adeſſe ſupponit; vias autem, per quas ab ore illuc deducitur, nullas memorat; cumque eandem in venâ portâ, intra jecinoris ambitum, contentam, in venam cavam protrudi, inde à renibus attrahi, & in urinam mutari, idem tradat: viſum eſt mihi, quæ de potiſeris ductibus commentatus ſum, præloquii vice, hic præmittere, partim ut Auctori noſtro, tam quà deficienti, quam quà lapſo, pro modulo ſuccurram, partim ut alios, quibus ingenii plus & otii ſuppetit, ad iſtiuſmodi ductus accuratiori indagine perſequendos excitem.

Porrò, cùm frequens olim fuerit, & hodie etiam ſit, in ore pene omnium interrogatio, *Per quas vias Potus ad Renes & Veſicam transfertur?* & quæſtionem iſtam nemo, quod ſciam, de induſtriâ tractaverit, operæpretium videtur, quantum curta mea patitur ſupellex, eidem ſatisfacere. Quod ut faciam, Primo aliorum opiniones in medium



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 17 sur 291

proferam, & examini ſubjiciam; Deinde, illam, quæ mihi præ cæteris arridet, proponam, & argumentis quibuſdam, brevibus quidem, aſt, uti ſpero, haud leviſſimis, muniam.

Et ſane, quod ad priorem Provinciæ meæ partem ſpectat, cùm tot tamque oppoſitas, tantorum Virorum ſententias undique in me irruentes ſentiam, prope eſt ut cum Poetâ exclamem

Τί πρῶτον, τί δ᾽ ἔπειτα, τί δ᾽ ὑστάτιον καταλέξω;

Sed ut diſtinctius & methodicè magis procedam, in IV claſſes variantes de hac re opiniones diſtribuam, quibus omnes meatus hactenus notos, quos potum pertranſire poſſibile eſt, ex quo conſpectum noſtrum primùm fugit, donec per ſinuoſos corporis mæandros, anatis inſtar, ut ita dicam, urinatus, nunc aureo, nunc argenteo flumine, in eundem per urethram iterum prodeat, ſummâ, prout in re tam obſcura poſſum, & perſpicuitate & brevitate, complecti conabor.

Jam vero cùm Potum os ipſum ingredi palam ſit, & meatus ori proxime ſubjecti ſint Gula, & Trachea ſive aſpera Arteria, de hac igitur primo inquiram, utrum per eam Potus poſſit deſcendere, necne; de illâ, reliquiſque, ordine quoque ſuo, poſtea dicturus.

Si

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 18 sur 291

Sit ergo Prima Claſſis eorum qui putarunt potum, per Tracheam, in Pulmones ferri; quæ ſententia antiquiſſima eſt, & plurimis, iiſque graviſſimis, autoritatibus ſtabilitur.

Huic enim adhæſit, ut quibuſdam placet, Hippocrates, qui humorem in pericardio, ſive capſulâ Cordis, contentum, potum eſſe è Pulmonibus attractum, arbitratus eſt; quare lib. de Cord. ſub init. affirmat, Cor lambere τοῦ πνεύμονος τὸ ποτὸν, Pulmonis potum, ſive Potum in Pulmones illapſum. Τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν, ait, διουρέει ἡ καρδία πίνουσα, ἀναλαμβανομένη καὶ ἀναλίσκουσα, λάπτουσα τοῦ πνεύμονος τὸ ποτόν. i. e. *Hoc autem humidum Cor emingit, bibendo* (ipſum) *aſſumens, & conſumens, pulmonis* (nimirum) *potum lambens*. In cujus loci ſenſum pleniùs inquirendi occaſio in ſequentibus dabitur; hic autem annoto voluiſſe Hippocratem, ut & omnes fere qui ſententiam hanc amplexi fuerunt, non omnem potum per Tracheam deſcendere, ſed exiguam tantum ejuſdem portionem, reliquum vero per Gulam in ventriculum demitti. Opinionem ſiquidem iſtam, de totali potus in pulmones tranſlatione, illi non placuiſſe apparet, cùm ex eo, quod lib. IV de Morbis contra ejus aſſertores acutiſſime diſputet, tum ex verbis immediate ſe-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 19 sur 291

quentibus: Πίνει ἄνθρωπος τὸ μὲν πλεῖστον ἐς νηδύν· ὁ γὰρ στόμαχος ὁκοῖον χώονος (lege, χῶνος) καὶ ἐκδέχεται τὸ πλῆθος, καὶ ἄσσα προαιρεόμεθα: πίνει δὲ καὶ ἐς φάρυγγα· πτθὸν (lege, τυτθὸν) δὲ οἷον, καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥύμης ἐσρυέν. Πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωσσὶς, οὐκ ἂν διήσει μεῖζον ποτοῦ οὐδέν. i. e. *Cum quis biberit, maximam partem in ventriculum demittit. Gula enim velut infundibulum, & potus copiam, & quacunque expetimus, excipit. Cum bibit etiam in Tracheam demittit, verum exiguum quiddam, & quod per rimam illapſum, nos latere poſſit. Epiglottis enim eſt operculum exactum, ne potus ampliori quantitate illac tranſeat.* Et paulo poſt concludit: Οὐκ οὖν ἀπιστητέον ἡμῶν περὶ τοῦ ποτοῦ, εἰ εὐτρεπίζει τὴν σύριγγα τῷ ἀνθρώπῳ. i. e. *Nequaquam igitur nobis fides deneganda eſt de potu, ſi hominis Arteriam inſtruat*, (humectando viz.) Idcirco ex dictis hanc fuiſſe Hippocratis mentem colligere eſt, viz. Non omnem potum in ventriculum per Gulam deſcendere, ſed aliquam ejus partem in Pulmones, per Tracheam, influere, quæ, parietes ejus irrorans, ſenſim adeo, & in parva quantitate inſtillat, ut nos ejus impetus, paulatim influendo, latere poſſit. Et hoc de Hippocrate.

Sequitur Galenus, qui eandem canit cantilenam, & cum Hippocrate conſentit. Ait enim,

enim, De Uſ. Part. lib. VIII cap. XVII ſe alias, (nimirum, de Hipp. & Plat. Decret. lib. VIII) demonſtraſſe, quod potionis exiguum quiddam in aſperam arteriam deferatur, in orbem ad ejus Tunicas expreſſum, non per mediam meatus laxitatem delatum: quodque humoris iſtius ea ſit copia, quæ repente à Pulmone corripiatur, quodque ipſum totum madefaciat. Verba ejus Græca ſic ſe habent. Κἀνταῦθα χρὴ μεμνῆσθαι τῶν δεδειγμένων ἐν τοῖς περὶ Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ὑπὲρ τοῦ καταφέρεσθαί τι τοῦ πόματος ὀλίγον εἰς τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ἐν κύκλῳ περὶ τοὺς χιτῶνας αὐτῆς θλιβόμενον, οὐ διὰ μέσης ὁδοιποροῦν τῆς εὐρυχωρίας, καὶ ὡς τοσοῦτόν ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ὑγρὸν, ὅσον εὐθὺς ἀναρπάζεται διαβρέχειν τὸν πνεύμονα. Et de glandulis laryngi adjacentibus, Tonſillis viz. & Gurgulione verba faciens: Θαυμαστὸν οὖν εἰ τούτους (ἀδένας) μὲν ὑπὲρ τοῦ διαβρέχειν αὐτὰ κατεσκεύαζε, πλέως δ' ἀπέκλεισε τὸ πόμα τοῦ εἰς τὸν πνεύμονα φέρεσθαι. καὶ γάρ τοι καὶ τὰ λελεγμένα πάντα τοῦ μὲν τὰ σιτία μὴ δύνασθαι τῷ πόρῳ τοῦ λάρυγγος ἐμπίπτειν ἱκανὰ μαρτύρια, τοῦ δὲ μηδὲ ἰκμάδα τινὰ παραρρεῖν ἐλαχίστην, οὐχ ἱκανά. *Mirum*, inquit, *videri debet, ſi has* (glandulas,) *ut partes illas humectent, conſtruxit* (natura,) *potionem autem ne prorſus in pulmonem ingrederetur, excluſit. Nam quæ jam dicta ſunt omnia, magno quidem ſunt teſtimonio cibos in laryngis*

*meatum labi non poſſe, quod vero humoris minimum non influat, nequaquam probant.* Quinetiam de Simpl. Medic. facc. lib. II cap. XVII dixit: Παρηθεῖται μὲν ἀεί τι κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν εἰς τὸν πνεύμονα, τοῦ πινομένου σμικρὸν οὕτως, ὡς ἀναρπάζεσθαί τε πρὸς τῶν ὀργάνων αὐτίκα, καὶ διαδίδοσθαι πάντῃ ῥαδίως. i. e. *Percolatur quidem per Aſperam Arteriam in Pulmonem ipſius potus tam exile quippiam, ut protinus ab inſtrumentis raptum perfacile quocunque diſtribuatur.*

Plato his ſuccedit (Galeno quidem Antiquior; verum, quia majora medicinæ lumina, in re medica, duxi minime ſejungenda, poſt illum memoratus;) qui in Timæo in hunc modum loquitur: Τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν, πρῶτον μὲν μαλακὴν, καὶ ἄναιμον, εἶτα σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν, οἷον σπόγγου κατατετρημένας, ἵνα τό τε πνεῦμα, καὶ τὸ ΠΟΜΑ δεχομένη, ψύχουσα ἀναπνοὴν, καὶ ῥαστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι. i. e. *Quum vero cognoſcerent* (Dii illi minores) *rerum terribilium objectu cor trepidaturum, & iræ aculeis excitatum iri, eamque iraſcentium inflammationem per ignem futuram, æſtus hujuſmodi temperandi cauſa, auxilium mo-*

*moliti ſunt, pulmoniſque ſpeciem inſeruerunt, primum quidem mollis & exanguis, deinde ita conſtituti, ut fiſtulis quibuſdam, veluti ſpongia, intrinſecus diduceretur, ut dum ſpiritum & POTUM reciperet, & refrigeratione quadam recrearetur, æſtum illum reſpiratione & quiete quadam reſtingueret.* Circa mentem autem Platonis hoc in loco præſtat audire Galenum, qui de Hipp. & Plat. Decret. lib. VIII ſub finem, ſic ait: Εἰ μὲν οὖν ἡγεῖται Πλάτων ἅπαν τὸ Πόμα καταπίνειν ἡμᾶς εἰς τὸν πνεύμονα, δίκαιός ἐστι καταγινώσκεσθαι, περιφανέστατον πρᾶγμα μὴ γινώσκων. εἰ δὲ μέρος τι τοῦ πόματος ἡγεῖτο διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας παρηθούμενον εἰς τὸν πνεύμονα καταφέρεσθαι, τῶν ἐνδεχομένων τι λέγει. i. e. *Si totum potum nos in pulmonem deglutire Plato exiſtimat, meritò accuſandus eſt, quippe qui apertißimam rem ignorat; ſi portionem quandam potus in Aſperam Arteriam transfuſam exundare ad Pulmones arbitratur, probabile quoddam dicit.* Item: Τὸν δὲ καταγέλαστον ὄντως λόγον, ὡς οὐκ εἰς τὴν γαστέρα φέροι διὰ τοῦ στομάχου τὸ ποτὸν, ἀλλ᾽ εἰς τὸν πνεύμονα διὰ τῆς ἀρτηρίας ἅπαν, οὐδαμόθι Πλάτων εἶπεν. i. e. *Deridiculam illam opinionem qua potum per Gulam in ventriculum non ferri, ſed in Pulmonem per Tracheam omnem, Plato nunquam amplexus eſt.* Et poſtquam ex locis ex ipſo Platone adductis hanc non fuiſſe ipſius mentem luculenter oſtendiſſet,

diſſet, illum à ſtultitiæ nota vindicat & concludit: Χρὴ οὖν οἰηθέντας αὐτὸν οὕτως ἀνόητον ὑπάρχειν, ὡς ὑπολαβεῖν εἰς πνεύμονα φέρεσθαι τὸ ποτὸν ἅπαν, αὐτοὺς ἐγκαλεῖσθαι μᾶλλον ἐφ' οἷς καταψεύδονται. i. e. *Illis potius, qui eum adeo ſtultum fuiſſe putant, ut potum in pulmones ferri univerſum opinatus ſit, damnandos, quod ita mentiantur.*

Inter illos vero, qui hoc Platoni vitio verterunt, inveniuntur Eraſiſtratus (contra quem Galenus ex profeſſo ſcripſit) qui hanc ob rem Platonem convellit (referente apud Macrobium Sat. lib. VII cap. XV Diſario, qui ideo etiam Platonem reprehendit) & Nicias Nicopolita medicus, qui dixit Platonem ita diſerte ſcribendo potum per pulmones tranſire, etiam iis qui ad ipſum defendendum animo ſunt promptiſſimo, nullam veriſimilis rationis occaſionem reliquiſſe. Verba ejus ut apud Plutarchum habentur Symp. lib. VII cap. I Græcè ſic ſonant. Ὁ δὲ φιλόσοφος οὕτωσὶ σαφῶς ἔφη γράψας διεξιέναι τὰ πολλὰ διὰ τοῦ πνεύμονος (τὸ ποτὸν) οὐδὲ τοῖς προθυμοτάτοις ἀμύνειν ἐπιχείρησιν ὑπὲρ αὐτοῦ πιθανὴν ἀπολέλοιπε. Notandum autem dixiſſe Niciam Platonem ſcripſiſſe potum τὰ πολλὰ, maximam partem, non ἅπαν, univerſum, ad pulmones tranſire.

Quarto loco annumerandus Dioxippus Hip-

Hippocraticus, medicus vetus & nobilis, ut Gellio vocatur, Noct. Attic. lib. XVII cap. XI, qui, ut Florus refert apud Plutarchum loc. cit. putavit ab Epiglottide, ſive aſperæ Arteriæ operculo, humorem in deglutiendo ſecerni, & in Arteriam delabi, devolvente interim ſe in ventriculum cibo; Et in Arteriam quidem eſculentorum nihil incidere, ſtomachum autem, una cum ſicco nutrimento, etiam aliquam humidi partem admixtam excipere. Cui ſuum etiam calculum adjecit Florus, verbis proximè ſequentibus, Πιθανὸν γάρ ἐστι. *Eſt vero hoc probabile.* Idem etiam Florus Platoni favens, probabile exiſtimat, Gulam potum per Arteriam delabentem ad ſe attrahere, ea quantitate, quæ alimentis ſubigendis, & chylificationi inſerviat, Pulmones vero humorem partibus undique diſtribuere, & quod reliquum eſt ad veſicam tranſmittere. Ἔοικεν ὁ μὲν στόμαχος, ait, ἐκ τῆς ἀρτηρίας εὐθὺς ἕλκων τοῦ παροδεύοντος ὑγροῦ τὸ ἱκανὸν καὶ τὸ μέτριον ἀποχρῆσθαι πρὸς μάλαξιν καὶ χύλωσιν τῆς τροφῆς, διὸ μηδὲν ὑγροῦ περίττωμα ποιεῖν· ὁ δὲ πνεύμων, ὥσπερεὶ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐξ αὐτοῦ διανέμων τοῖς δεομένοις, τὸ λοιπὸν ἐκκρίνειν εἰς τὴν κύστιν.

Quin & Dioxippi opinioni nuper memoratæ partim favere viſus eſt Auctor Introductionis Galeno attributæ, cum ait: Ἡ δὲ ἐπι-

γλωττὶς οὐ μόνον τὸ στόμα ἐπιπωματίζει, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τὴν ἀπὸ τῆς γλώττης οἷον ἀπὸ πτύου ἀναλικμωμένην, διαπορθμεύει ὥσπερ γέφυρα ἐπὶ τὸν στόμαχον ὑπὲρ τὸ στόμα τοῦ βρόγχου ὑπερθεῖσα αὐτήν. i. e. *Epiglottis non modo os* (Arteriæ) *claudit, ſed etiam cibum à lingua, velut ventilabro purgatum, & arteriæ orificio ſuperimpoſitum, ad ſtomachum pontis modo dejicit.* Partim dico, quoniam cum illa Dioxippi quoad cibum ſolum convenit, potus autem nequaquam meminit. Utcunque ſit, idem opinatus eſt Euſtathius Platonicus, qui apud Macrob. Sat. lib. VII cap. XV ſic loquitur: Ἐπιγλωττὶς *inventum naturæ eſt ad tegendas detegendaſque vias cibatus & potus, ut illum Stomacho tranſmittat, hunc Pulmo ſuſcipiat.*

Mitto Philiſtionem Locrum, ἄνδρα εὖ μάλα παλαιὸν, i. e. *hominem pervetuſtum*, ut vocatur Floro apud Plut. loc. ſup. cit. qui idem cum Platone ſenſit, etſi Doctiſſ. Scaligero Patri Com. in Ariſt. Hiſt. An. lib. I. Apot. CLXXXI cui in paucis deneganda eſt, habenda ſit fides, idem etiam cum Dioxippo. Prætereo etiam Eupolin Comœdum veterem, cujus meminit Horatius Serm. lib. I Sat. IV, qui in Colacibus ſive Paraſitis, referente eodem Plutarcho, ita dixit: Πίνειν γὰρ Πρωταγόρας ἐκέλευεν, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμον' ἔκλυτον φορῇ. i. e. *Bibere enim juſſit Protagoras,*

*ras, ut ante caniculæ exortum pulmonem madidum habeat.* Legitur autem in Comicorum fragmentis πνεύμον' ἔκλυπεν. Moneo interim huc accenſendos poetas aliquos alios, viz. Alcæum apud Anacreontem, ed. St. p. LIII. his verſibus:

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· Τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται
Ἁ δ' ὥρα χαλεπά· πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος.

i.e. *Irriga pulmones vino, Canicula enim exoritur,*
*Difficile ſiquidem eſt hoc Tempus, omnia vero ſitiunt præ æſtu.*

Eratoſthenem dicentem: Καὶ βαθὺν ἀκρήτῳ πνεύμονα τεγγόμενος. i. e. *Et profundum pulmonem mero madefaciens.* Et Euripidem, hoc verſiculo:

Οἶνος περάσας πνευμόνων διαῤῥοάς.

i. e. *Vinum pertranſiens pulmonum canales.*

Nec deſunt inter Veteres, quales Protogenes Grammaticus, & Florus Platonicus, apud Plutarchum, ubi ſupra, & Recentiores, qualis Andr. Laurentius, Hiſt. Anat. lib. IX Quæſt. XXV, qui laciniam hanc Homeri tunicæ adſuere conantur; imo Florus illum non potum tantum, ſed cibum etiam per Tracheam deſcendere exiſtimaſſe contendit, quod ex Odyſſ. I. ψ. CCCLXXII colligit, ubi de Cyclope Ulyſſes,

Κεῖτ'

Κεῖτ' ἀποδοχμώσας παχὺν αὐχένα, κὰδ δέ
μιν ὕπνος
Ἥρει πανδαμάτωρ· φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος
Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, ὁ δ' ἐρεύγετο οἰνοβαρείων.

Qui quidem verſus à nemine elegantius verti poſſunt, quam à Latinorum Homero jam ſunt redditi, qui Æn. lib. III ŷ. DCXXXI ita tranſtulit:

*Cervicem inflexam poſuit, jacuitque per*
*antrum*
*Immenſum, ſaniem eructans ac fruſta*
*cruento*
*Per ſomnum commiſta mero.*

Sed quoniam tota res pendet ex ſignificatione vocis φάρυξ; de illâ pauca ſunt dicenda.

Fateor itaque, quod φάρυξ, & interpoſita γ φάρυγξ, ſignificet, Primò, Fiſtulam pulmonarem, quæ vulgo Trachea dicitur, ſive Aſpera Arteria, per quam ſpiritum ducimus, unde nomen; appellatur enim φάρυγξ παρὰ τὸ φέρειν, δι' ἧς φέρεται τὸ πνεῦμα, i. e. *ab ferendo*, (nimirum) *quod per eam tranſeat ſpiritus*, ut ait Etymologici Magni Auctor; vel ut Orus apud eundem, δι' ἧς φέρεται ἡ ἰυγὴ, *ex eo, quod per eam feratur vox.* Et Praxagoras vetus Anatomicus in Anatomiâ ſuâ citante brevi in Hom. Scholiaſte ad Il. x. ŷ. CCCXXV στομάχῳ, i. e. *oiſophago*, oppoſuit (ſicut & Ruffus, lib. II cap. V.) Ἐστὶ δὲ, inquit,

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 28 sur 291

quit, ὁ μὲν φάρυγξ ἐκ τοῦ ἐμπροσθίου, ὁ δὲ στόμαχος ἐκ τοῦ ὀπισθίου προσπεφυκὼς τοῖς τοῦ τραχήλου σπονδύλοις· καὶ ὁ μὲν φάρυγξ ἐμφύεται εἰς τὸν πνεύμονα, ὁ δὲ στόμαχος εἰς τὴν κοιλίαν. i. e. *Eſt vero Pharynx in parte poſteriore, Stomachus ſive Gula in poſteriore annexus colli vertebris; & Pharynx quidem inſeritur in pulmonem, Stomachus autem in ventriculum.* Galenus etiam de Hipp. & Plat. Decr. lib. II hujus rei teſtis eſt. Τὸ μὲν γὰρ, ait, τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ἥνπερ καὶ φάρυγγα προσαγορεύομεν. i. e. *Aliud quidem eſt Aſperæ arteriæ, quam nos Pharyngem dicimus.*

Quinetiam denotat interdum Pharynx, Secundò, Aſperæ arteriæ caput tantum, idemque ſignificat ac λάρυγξ. Unde Heſychio φάρυγξ exponitur per λάρυγξ. Quid autem λάρυγξ ſit, Ruffus docet lib. I *cap.* IX his verbis: Ἡ ὑπεροχὴ τοῦ βρόγχου λάρυγξ. i. e. *Caput aſperæ Arteriæ, larynx dicitur.* Et Suidas: Ἔστι δὲ ὁ λάρυγξ τὸ ἔσχατον τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὅπερ ἀπὸ τριῶν χόνδρων περιέχεται, τοῦτε Ἀρυταινοειδοῦς καλουμένου, καὶ τοῦ θυρεοειδοῦς, καὶ τοῦ ἀνωνύμου. i. e. *Larynx vero eſt Aſperæ arteriæ extremitas, quæ tribus conſtat cartilaginibus, eâ* ſc. *quæ Arytænoides vocatur, & eâ quæ Therioides, & eâ, quæ nomine caret.* Quæ quidem cartilago, Suidæ innominata dicta, jam nomen ſortita eſt, & Κρικοειδής ſivè *Annulifor-*

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 29 sur 291

*liformis* vocatur, quod annulum Turcicum, ſuo modo, referat. Notandum vero obiter emendandum eſſe Suidam, & pro θηλοειδῆς reponendum θυρεοειδῆς; Cartilaginem enim intelligit, quæ Anatomicis appellatur Scutiformis, vulgo Thyroides, ſed male, cum ſcribendum ſit Thyreoides. Nam θυρεὸς ſcutum ſignificat.

Et quidem hiſce ſignificationibus, utpote maximè celebribus, opinio prædicta ſuperſtruitur. At vero φάρυγξ etiam Tertiò deſignat ſupremam gulæ partem, quæ alio nomine Fauces dicitur. Hadr. Junius Nomencl. cap. LVI. *Fauces*, *Summa Gulæ pars*, φάρυγξ. Et Jul. Pollux Onom. lib. IV cap. IV diſertis verbis: Ὁ μὲν φάρυγξ ςομάχου ἐςὶν ἀρχή. i. e. *Pharynx vero eſt Summitas Oeſophagi.*

Imo eadem vox Quartò ſignificat ipſam Gulam, ſivè Oeſophagum. Etymolgici Magni auctor, ſupra laudatus, voce λάρυγξ, idem tradit: Τρεῖς πόροι, ait, εἰσὶ τοῦ τραχήλου, λάρυγξ, φάρυγξ, καὶ ὁ νωτιαῖος μυελός. Λάρυγξ μὲν δι᾽ οὗ λαλοῦμεν καὶ ἀναπνέομεν, φάρυγξ δὲ δι᾽ οὗ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, ὁ δὲ νωτιαῖος μυελὸς, δι᾽ οὗ πᾶν τὰ νεῦρα ἐκτείνονται. i. e. *Colli meatus ſunt tres, Larynx, Pharynx, & Medulla Spinalis. Larynx, per quem loquimur & ſpiramus; Pharynx, per quem edimus & bibi-*

*bibimus; Medulla vero Spinalis, unde nervi oriuntur.* Et ſane in hoc ſenſu capi poſſunt Homeri verba, Cyclopem viz. è ventriculo, per Oeſophagum, vinum & carnes eructaſſe, & non per Tracheam. Quomodo & Euripides intelligendus, qui in Cyclope ỳs. DLXXXVIII Ulyſſem de Cyclope ſic loquentem inducit:

Ταχὺ ἐξ ἀναιδοῦς φάρυγγος ὠθήσει κρέα.

i. e. *Cito ex impudenti Gula ejiciet carnem.* Videtur autem hæc vocis hujus ſignificatio ſerius invecta, ut ex Flori verbis patet, quibus hòc reſponſum præoccupat: Χωρὶς εἰ μὴ, inquit, τὸν Κύκλωπα φήσει τις ὥσπερ ὀφθαλμὸν ἔχειν ἕνα, καὶ πόρον τροφῆς καὶ φωνῆς τὸν αὐτόν· ἢ τὸν φάρυγγα φήσει στόμαχον εἰρῆσθαι, καὶ μὴ βρόγχον, ὥσπερ ὑπὸ πάντων καὶ πάλαι καὶ νῦν ὠνόμασται. i. e. *Niſi vel hoc dicere quis ſuſtineat, Cyclopi ut oculum, ita etiam meatum nutrimenti, unicum fuiſſe, aut vocem* φάρυγγα, *omnibus & priſcis & recentioribus pro Arteria accipientibus, nos ad Stomachum* (aut Oeſophagum) *detorquebimus.*

Supradictis igitur addendum quod φάρυγξ interdum denotet quicquid ſupra Gulam eſt. Pollux lib. II cap. IV ſect. XXII vers. ult. Πᾶν δὲ τὸ στομάχου ὑπερκείμενον φάρυγξ καὶ φαρύγεθρον ὀνομάζεται. i. e. *Omne quod ſupra Gulam eſt Pharynx, aut Pharygethron appellatur.*

Spa-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 31 sur 291

Spatium hoc peculiari nomine Os vocatur, cujus Fauces pars. Nam Ruffus lib. I. cap. VII. στόμα interpretatur non tantum primam labiorum diviſuram, ſed reliquam omnem inanitatem uſque ad Pharyngem; & iterum Pollux ib. Τὸ ἢ ἔνδον τῶν χειλέων, στόμα, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν χειλέων τομή. Ideoque hoc etiam nomine excuſari poteſt Homerus, quod Pharyngem poſuerit pro ore. Et ita quidem portam intellexit interpres, quamobrem annotavit, φάρυγγος συνεκδοχικῶς τοῦ στόματος. Sic & Od. τ΄. ѵs. CCCCLXXX. de Ulyſſe Eurycliam prehendente, Χεῖρ' ἐπιμασσάμενος, φάρυγος λάβε δεξιτερῆφι, ubi Schol. φάρυγος, τοῦ στόματος. Et Doctiſſ. Bochartus Hieroz. p. pr. lib. III. cap. IV. illud Theocriti in Heracliſco ѵs. XXVIII.

Δεξάμενος φάρυγος τόθι φάρμακα λυγρὰ τέτυκται,
Οὐλομένοις ὀφίεσσι.

De ipſo ore exponit, quod ad dentium radices poſita ſint ſerpentum venena. Heſychius etiam φάρυγξ, inter alia, τὸ στόμα interpretatur.

Et quidem hanc fuiſſe germanam Homeri mentem ex Galeno conſtat, qui Com. ad Aph. XXXIV. lib. IV. τὴν προκειμένην εὐρυχωρίαν στομάχου καὶ λάρυγγος, i. e. *latum illud ſpatium, quod Gulam & Arteria aſpera ſummitatem*

*tem præjacet*, φάρυγγα expoſuit, & hunc ipſum locum Homeri adducit. Καὶ ποτὲ, inquit, κατὰ τὴν προκειμένην εὐρυχωρίαν, ἣ τοὔνομα φάρυγξ ἐστι, πνίγεσθαι πέφυκεν· οὕτως οὖν καὶ Ὅμηρος ἔφη,

—— φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος
Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι ——

τὴν προκειμένην εὐρυχωρίαν στομάχου καὶ λάρυγγος ὀνομάζων φάρυγγα. Idem fecit & Ruffus, lib. I cap. VIII. Φάρυγξ, ait, ἢ φαρύγγεθρον, ἡ πρὸς τῇ καταπόσει πᾶσα εὐρυχωρία· ταῦτα ἄρα καὶ Ὅμηρος ἐποίησε

—— φάρυγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος
Ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι ——

Οὐ γὰρ δὴ ἐκ τοῦ βρόγχου καὶ τοῦ πνεύμονος ἐπανήμεσε (lege, ἐπανεμεῖ) ὁ Κύκλωψ τὸ σιτίον καὶ πόμα. τοῦτο γὰρ δεινῶς ἀμαθὲς καὶ ἀνόητον, i. e. *Pharynx, vel Pharyngethron, omnis ea capacitas, quam inter devorandum dilatamus, vocata eſt. Propterea & Homerus dixit*; φάρυγος &c. *Neque enim ex Arteria aſpera, & Pulmone, cibum potumque Cyclops evomuit. Hoc enim dicere mirum in modum ſtultum fatuumque eſt.* Sunt qui de faucibus hoc ſpatium intelligunt; verum quantâ ambiguitate laboret hæc vox, (nec fauces tantum, ſed & Pharynx, Larynx, Bronchus, Os, Gula, & Guttur) videre eſt apud Conr. Schneiderum, lib. 1. de Catar. Sect. I cap. VI, quem diu poſtquam hæc



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 33 sur 291

ſcripta fuerant vidi. Atque hæc de Homero, quem à mala Flori interpretatione prolixius vindicavimus.

Prædictis etiam annumerandus Latinus Tancredus, Medicinæ & Philoſophiæ Profeſſor Neapolitanus, qui de Fam. & Sit. lib. II cap. XXVI poſt Quæſtionem obiter ventilatam concludit. Clarum eſt igitur majorem potus partem in Ventriculum trahi, multo minorem in Aſperam Arteriam per Pulmones ferri.

Theophilus de Garencieres de Tab. Angl. cap. 5 p. 110 &c. Illud inprimis notandum occurrit, ex omnibus ingeſtis, potulenta magis quam eſculenta pulmonem afficere; antequam enim eſculenta ad pulmonem perveniant, ita multiplicem anfractum, & flexuoſam circuitionem emetiuntur, ut vix ullum priorum virium characterem poſſint illuc deducere. Primum enim ventriculi fundum petant neceſſe eſt, tum per pyloron delapſa, ad Hepar, per venas meſaraicas contendant, hinc ad cor tranſmittantur, quod illa pulmoni, per venam arterioſam communicat. Quamvis autem, addit Autor, potulenta majori ex parte iiſdem veſtigiis inhæreant, attamen non exigua pars eorum, per Aſperam Arteriam, neglecta Epiglottide, in pulmonem irruit, & pro qualitate ſua pri-

primo & per ſe illum afficit; unde ab iſt. prod. ſerotinos hauſtus & mat. præcipue conferre exiſtimat.

Tandem Anatomicorum plurimorum nomine agmen claudat Doctiſſ. Bartholinus, Anat. Ref. lib. II cap. VIII, ubi de Pulmonum fiſtula verba faciens, ait: *Caput ejus Larynx dicitur, reliquum vero Bronchus eo quod à Potu irrigetur.* Item cap. ſeq. *Epiglottis rimam tegit ac claudit, ne ex cibo vel potu in Tracheam multa decidant, ſed clauſa Epiglottide in Gulam abeant. Non vero exacte clauditur, quin parum ad latera ex potu deſcendere queat. Quando enim dicitur Potum non tranſire Tracheam, & Pulmones, de maxima parte intelligendum.*

Taceo Scaligerum, qui Com. in Ariſt. Hiſt. An. lib. II Apot. CLXXXI, potum quidem in Pulmones ferri concedit, tametſi non eo, quo veteres putabant, modo. Voluit enim Vir Clariſſ. nihil labi per Arteriam, ſed omnia per Gulam; à Gula reſudare in Arteriam per annulos, quibus utraque inter ſe committitur. Cui tum reſudationi favere videtur Ludovicus Mercatus, Op. Tom. I lib. I Part. IV claſſ. IV. Quæſt. CXXI in Concluſ. ubi mentem ſuam de hac re ita expreſſit. *Hoc non negamus aliquid Potus per Aſperam Arteriam in Pulmones devehi, & quidem*

*per reſudationem: aut ſi per Laryngem abit pauciſſimum, ſenſim & paulatim.* Et huc uſque de Prima Claſſe.

Alii vero (qui Secundam Claſſem conſtituunt) exiſtimant Potum non per Tracheam in Pulmones, ſed in Ventriculum per Gulam omnino deſcendere. Hujus cenſus ſunt.

Primo, Ariſtoteles, qui Hiſt. An. lib. I cap. IX verb. poſtr. ſic ſcriptum reliquit: Ἡ μὲν οὖν Ἀρτηρία τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, καὶ δέχεται μόνον τὸ πνεῦμα, ἄλλο δ' οὐθὲν, οὔτε ξηρὸν, οὔθ' ὑγρόν. i. e. *hunc ad modum ſe habet Arteria, iſque uſus unicus ejus accipiendi reddendique ſpiritus, non ad cibum* (ullum) *vel ſiccum, vel humidum comparata.*

Forſan &, Secundo, Ruffus Epheſius. Nam, præterquam quod de Homero ſupra dixerit, ait etiam lib. I cap. VIII. Ἐπιγλωττὶς δὲ τὸ ἔνδον ἐπὶ τοῦ βρόγχου πῶμα γιγνόμενον τῆς Ἀρτηρίας, ὅταν ἢ καταπίνωμεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἐμπίπτειν εἰς τὸν πνεύμονα. i. e. *Epiglottis vero intimum eſt Arteriæ Aſperæ ſummitatis operculum, ne cum devoramus aliquid in Pulmonem irruat.* Clarius autem cap. XXIV, ubi iter illud, per quod cibi potioneſque in Ventriculum deſcendunt, στόμαχον καὶ οἰσοφάγον vocatum monet.

Tertiò Plinius etiam huc reſpexit, Hiſt. Nat. lib. XI cap. XXXVII, quo loco, de Gula

&

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 36 sur 291

& Trachea agens, addit: *Interior earum appellatur Arteria, ad Pulmonem atque Cor pertinens. Hanc operit in epulando* (*Epiglottis*) *ne ſpiritu ac voce illac meante, ſi potus cibuſve in alienum deerraverit tramitem, torqueat. Altera exterior, appellatur ſane Gula, qua cibus atque Potus devoratur.* Quicquid autem Plinius dicat, in parte interiore Gula eſt, exteriore vero Arteria.

Quartò, Cicero his accedit, De N. D. lib. II his verbis: *Sed cum Alvi natura, ſubjecta Stomacho, cibi & potionis ſit receptaculum, Pulmones autem & Cor extrinſecus ſpiritum adducunt.* &c.

Sileo Eraſiſtratum, qui ut referunt Diſarius apud Macrobium Sat. lib. VIII cap. XV, & Aulus Gellius, Noct. Attic. lib. XVII cap. XI affirmavit & docuit duas eſſe fiſtulas inſtar canalium, eaſque ab oris faucibus proficiſci deorſum, & per earum alteram induci delabique eſculenta omnia & potulenta, ex eoque ferri in Ventriculum, qui Græce appellatur ἡ κάτω κοιλία, atque illic ſubigi digerique, ac deinde aridiora ex his retrimenta in alvum convenire, quæ Græce κῶλον dicitur (vitioſe legitur apud Gellium, *quod Græcè* κοιλὸν *dicitur*) humidiora autem per renes in veſicam trahi: per Alteram vero, quæ Græce appellatur Τραχεῖα Ἀρτηρία, ſpiritum

ritum à ſummo ore in Pulmonem ; atque inde rurſum in os & nares commeare. Et paulo poſt aſſeruiſſe dicitur, Ἐπιγλωττίδα Arteriam aſperam inter edendum bibendumque operire atque protegere, ne quid ex eſca potuve inciderit in illud quaſi æſtuantis animæ iter, ac propterea humoris nihil influere in Pulmonem ore ipſo Arteriæ communito.

Nec Niciam, & Diſarium ipſum memoro, utpote quorum mentes ſatis cognitas habemus ex eo, quod Platonem, ſententiæ oppoſitæ aſſertorem habitum, ſugillaverint. Concedit tamen Nicias Pulmones potu leviter irrigari poſſe; addit enim, ut Alcæum excuſet, ἀπολαύειν ἰκμάδος τὸν πνεύμονα γειτνεῶντα τῷ στομάχῳ, καὶ διὰ τοῦτο τέγγεσθαι πιθανόν ἐστι, referente Plutarcho, Symp. lib. VII cap. I.

Tantum ſubjungo Realdum Columbum ſcripſiſſe, Anat. lib. I cap. XV Ἐπιγλωττίδα operculi vicem gerere, ne quid cibi potuſve in laryngem defluat.

Circa celebrem hanc controverſiam, tantis æſtibus utrinque diſputatam, ſi quiſpiam quid ego ſentiam forte requirat, mentem meam tribus concluſionibus ſummatim proponam; Quarum prima ſit, *Potus exiguum quiddam poſſe per Tracheam deſcendere.* Et hoc qui-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 38 sur 291

quidem ſuadent, non modo Autores iſti graviſſimi ſuperius adducti, verum etiam argumenta quædam experimentaque omnimodi forſan ponderis haud expertia.

Et primo quidem loco recenſendum venit experimentum illud, ſive Σημήϊον, ut vocatur Hippocrati, lib. de Cord. ſub init. quod in lib. VIII de Hipp. & Plat. Decr. cap. IX tranſtulit Galenus ad finem, viz. Ἤν τις κυανῷ ἢ μίλτῳ φορύξας ὕδωρ δοίη δεδιψηκότι πάνυ πιεῖν, μάλιστα δὲ συῒ (τὸ γὰρ κτῆνος οὐκ ἐστὶν ἐπιμελὲς, οὐδὲ φιλόκαλον) ἔπειτα δὲ εἰ ἔτι πίνοντος ἀνατέμνοις τὸν λαιμὸν, εὕροις ἂν τοῦτον κεχρωσμένον τῷ ποτῷ. i. e. *Si quis aquam ceruleo colore, aut rubrica, temperatam, ſitienti valde bibendam dederit, maximè vero ſui (hoc enim pecus curioſum non eſt, nec mundiitiei deditum) deinde dum adhuc bibit ipſius guttur reſecet, hoc colòre ipſum tinctum reperiet.* Ubi per τὸν λαιμὸν, & Gulam intelligit, & Tracheam.

Huic non multum abſimile ab eodem Hippocrate, ni fallor, eſt alibi memoratum, ſc. cum multæ oves objiſſent, & Paſtores, ut mali cauſam aſſequerentur, nonnullas diſſecuiſſent, inventus eſt ſubviridis humor in ipſis Pulmonibus. Addit autem, *Biberant enim eo die è lacu putreſcentes aquas.* Hæc experimenta, antiquis adeo temporibus celebrata, laude ſaltem ſunt, & notatu digna.

Nec ſilentio præterire poſſum hiſtoriam illam, quam Jo. Gerardus, Hiſt. Plant. lib. II cap. CCCXC, quod eſt de Pan. Coloris, tradidit, de Sutoris cujuſdam Londinenſis ſervo, qui inſtigante ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνῳ Diabolo, ſibimetipſi violentas manus inferre conatus eſt, & eo uſque proceſſit, ut inter cætera vulnera unum jugulo inflixerit, ex quo aſſumptum potum fluxiſſe affirmat. In hoc autem ſervo, quem ſanavit chirurgus, gulam ferro reſectam fuiſſe haud probabile videtur, tum quia ſanitatem priſtinam recuperaverit; nam utraque vivendi via amputata neceſſario ſequitur mors, nec eo uſque cultellus, illæſis vaſis ſanguiferis penetraſſet; cum quod referat ſpiritum per vulnus irruentem, candelam extinxiſſe, quod Tracheam, & officium ejus proprium aperte deſignat. Porro ſi potus è gula proveniret in Pulmones, per Tracheam potius deſcenderet, quam effluëret; ne dicam ipſius gulæ vulnera & difficiliora, & ægre ſanabilia & hiſtoriis & obſervationibus apud practicos paſſim obſervari.

Deinde, cum Epiglottis, ſive Laryngis operculum ſemper pateat, ut aeri ingreſſum, eidemque una cum vaporibus è pulmone exeuntibus egreſſum præbeat, neque unquam deprimatur, niſi alimenti pondere, aut de-

glu-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 40 sur 291

glutitionis vi, deorſum truditur; cur vini, aquæ, aut alterius potulenti hauſtus, lingulam parum gravans, aut penitus non comprimens, per rimas, & latera Laryngis, ut Cl. Bartholino etiam placuit, in Arteriæ bronchia, & Pulmones, partim non influat?

Præterea, cur in Pulmonum, & Thoracis, morbis imperantur & ſumuntur Eclegmata, Syrupi, Tabellæ, Pilulæ ſublinguales, & reliqua id genus Pectoralia & ſputum moventia, niſi aliqua ſaltem eorum pars, ſe per Laryngis rimulam inſinuare valeat, & ſic partem affectam citius attingere? Nam longum iſtum circuitum à ventriculo ad Pulmones, quem aliter ut peragant neceſſe eſt, quod attinet, vix mihi probabilis videtur, nec unquam poſſum concipere, quomodo medicamenta prædicta, ſine magno, & longe majori, quam vulgò experimur, virium diſpendio, illac ad Pulmones poſſint diduci. Viam quidem aliam Potionibus vulnerariis, & medicamentis cardiacis (ut ſibi placet) communem, excogitavit Cl. Bartholinus. quid autem de illâ ſentiendum ſit infra videbimus. Nec moror Helmontium, qui tractatu, qui inſcribitur Aſthma & Tuſſis, hoc modo malum malo accumulatum iri ſuſpicatur, eo quod iſtiuſmo-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 41 sur 291

di remedia, ſi per Tracheam deſcenderent, Pulmones infarctos magis obſtiparent, & ipſa remedia morbum augerent; etenim licet reſpirationem pro tempore forſan difficiliorem reddant, tamen in materiam, ipſi Pulmoni & Bronchiis impactam, virtute ſua ita operantur, ut expectorationem brevi promoveant, qua Pulmo gravanti onere, & ſordibus congeſtis præſentius & felicius teratur.

Ultimò (ne alias rationes memorem) defluxiones & deſtillationes in Tracheam idem confirmant. Nam hanc partim ob cauſam qui iiſdem laborant, tuſſicula quadam tentantur, & humorem quendam acrem & ſalſum ſenſim per guttur delabentem percipiunt, qui ſtatim tuſſim excitat, quod humor iſte, forſan non è cerebro deſcendens, ſed è glandulis Laryngi imminentibus, aut vicinis, expreſſus, in Epiglottidem depluat, per rimam ingrediatur, & tunicæ Arteriæ fibrillas titillat, unde tuſſis exoritur, quæ in pectoralibus aſſumendis haud ita frequens eſt, quod iſtiuſmodi medicamenta, ut plurimum craſſioris conſiſtentiæ, & dulcia exiſtant.

Mitto argumenta ab Euſtathio, apud Macrob. Sat. lib. VII cap. XV, & Floro apud Plutarchum, Symp. lib. VII cap. I allata,



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 42 sur 291

viz. Experimentum illud, ſi quo caſu ſciſſa fuerit Arteria, potum non devorari, ſed, quaſi fiſſo meatu, rejectari foras incolumi ſtomacho, (cui parem Hiſtoriam ex Gerardo retulimus.) Quod animalia quibus pulmo non eſt, potum neſciunt. Quod aliter ſuperfluus foret veſicæ uſus. Quod in urina, potus retrimento, nullum cibi veſtigium reperiatur, nec aliqua qualitate illorum retrimentorum vel coloris vel odoris inficiatur. Quod lapides in ventriculo æque ac veſica non generentur; & ejuſdem furfuris alia, ſolutu faciliora, & ad concluſionem ſecundam tranſeo, quæ ſic ſe habet, nimirum, *Exiguum illud Potus quod per Tracheam in Pulmones deſcendit, non per Arteriæ capacitatem, ſed per parietes, & latera, defluere.*

Et vulgò ſane aſſignata ratio viz. quod aliter ſpiritus egredienti occurreret, & tuſſim quandam moleſtam crearet, mihi parum ſatisfacit; cum nihil tale metuendum videatur; Nam pauci ſunt, qui, dum bibunt, ſpirant. Quæ autem me ad ponendam hancce concluſionem impulerunt, ſunt, præ cæteris, duo. Unum eſt, quod Epiglottis Arteriæ foramen operiat, & omnem aditum, niſi per rimas, præcludat, præſertim cum à cibo aut potu delabente comprimitur; id-

idcirco ſi aliquid in Arteriam influit (quod ſupra probatum) neceſſe eſt, ut per ejus latera, & quaſi parietes deſcendat. Alterum eſt Titillatio illa, quam ſupra memoravi, & ſæpiſſimè poſt ſumptum potum acriorem perſentimus, in deſtillationibus admodum frequens, quibus Tracheæ caput ſcabrum evadit, latera vero magis aſpera redduntur, unde vox rauca & fracta exauditur.

Tertia, & Ultima, Concluſio eſt: *Quicquid potus per Tracheam deſcendit, nullam ſenſibilem, aut effatu dignam urinæ partem conſtituere.* Hæc concluſio nititur triplici ratione. Primo, quoniam, ut dictum eſt, exiguum tantum quod in Arteriam influit, idque non ſingulis forſan deglutitionibus, ſed prout Epiglottis magis aut minus arcte comprimitur, potus aut exiguâ quantitate admittitur, aut omnino excluditur. Secundo, probabile videtur potum admiſſum laryngi humectandæ ut plurimum inſervire, quæ ob frequentem adeo ſpiritus itum & reditum, non poteſt non levi aliqua irrigatione indigere. Et Tertiò, an Tracheæ bronchia cum vaſis pulmonaribus, per ἀναστομώσεις aliquas communicent, parum inter Anatomicos convenit, & adhuc ſub judice lis eſt; quam quidem, nunc temporis, meam non faciam, ſed aſſenſum ab utraque parte con-

tine-

tinebo, donec, quid verius ſentiendum ſit, ex propriis, quæ facere decrevi, experimentis, intellexero. Addendum inſuper, idem olim & Hippocratem ſenſiſſe: ait enim, lib. de Corde, Cor humorem, qui in Pulmonem delabitur, attrahere, attractumque conſumere, unde addit ἀναλίσκουσα; & ſi à corde conſumatur, neque remanet, neque tendit ulterius, ut humorem illum in pericardio, multo minus ut urinam conſtituat; fervorem itaque cordis ſolum attemperare putavit aquam iſtam, quæ ſerum ſanguinis videtur, quod è cordis thalamis in capſulam tranſudat. Miſſa autem ejus autoritate ſufficere poſſit triplex iſte rationum funiculus, quem neminem facile diffracturum confido.

Inter illos, qui Potum in Ventriculum demitti contendunt, magnus quidem obſervatur diſſenſus, per quas vias ex eodem iterum educitur. Nam Alii immediate eſſe volunt, & ad tertiam claſſem pertinent; Alii Mediate, & ad quartam.

Prioris ſententiæ Patroni his inter alia argumentis utuntur. Primo dicunt tranſitum potus è Ventriculo ad Renes, præſertim ſi quis liberalius biberit, celeriorem multo obſervari, quam poteſt evenire, ſi ambitum iſtum conficeret è Ventriculo in Inteſtina, ex illis in Venas lacteas, inde in Du-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 45 sur 291

ctus Thoracicos, dein in Venas, tum in cordis ſinus & pulmones, ac tandem in renes. Nec ſatisfaciunt cauſæ, quas aſſignat Galenus, De Fac. Nat. lib. III cap. XIII & recenſet Aſellius, De Lactib. cap. XXXIII viz. Convenientia qualitatis, Humorum tenuitas, Vaſorum laxitas, & robur Trahentis facultatis; quibus, inquit Aſellius, conſpirantibus, nulla tam longa eſſe via poteſt, quæ non facile acceleretur: quum aliqui liquores ſpiſſi ſint, & iſta facultas trahens figmentum videatur.

Urgent ſecundò, Subitam illam virium & ſpirituum refectionem, quæ poſt ſumpta cardiaca, &, eminentiori modo, poſt vini generoſioris aut aquarum corroborantium, quas vulgus Fortes vocat, hauſtulum, obſervatur, etiam in corporibus frigidis, & anima pene deſtitutis, cujus, dicunt, nulla probabilis, aut veriſimilis aſſignari poteſt ratio ab iis, qui nihil è ventriculo immediate tranſire affirmant. Doctiſſimus quidem Bartholinus, de Lact. Thorac. cap. XIV. hoc fieri exiſtimat, vi reſtaurativa in lacteas Thoracicas recepta vel ex ventriculo per glandulas lacteas, vel Oeſophago per ramum lacteum eidem conterminum, eodem prorſus modo quo Scaliger & Mercatus, potum è Gula in Trachiam, uti dictum eſt ſuperius,

rius, reſudare docuerunt. Poſteriori autem, via prior probabilior videtur, quum liquores œſophagum citiſſime pertranſeant, nec meatus ex illo in ductus Thoracicos ulli obſervantur. Harum autem neutra veritatis indagatori facit ſatis, quum iſte per fibrillas in glandulas lacteas abdominis non contiguas, aut ramum Lacteum Thoracicum conterminum commeatus, difficillimus ſit, nec liquores adeo certo & cito ad cor pertranſeant, tametſi ſanguini refluo commiſſos & rapidiori circuitu circumlatos admittamus, præſertim quum penetrantem naturam, & indolem magis activam ſpiritus ipſi obtinuerint.

At vero Anatomici, qui materiæ potulentæ tranſlationem immediatam eſſe volunt, ſive antequam per pylorum tranſit chylus, contendunt, majorem potus partem per vias hactenus ignotas, nec ſine magno Naturæ beneficio in poſterum revelandas ad Lienem deducunt. Hujus opinionis auctorem exiſtimo Hermannum Conringium lib. de Gen. & Mot. Nat. Sang. capp. v vi & vii, ubi eam latius proſequitur. Summa eſt hæc; Chylum dividit in duas partes, Potulentum viz. quem tenuem, liquidiorem, & magis aqueum appellat; & illum qui ex ſolido cibo præparatur. Illum ſtatuit non totaliter, ſed maxi-

maximam partem, per vias quaſdam ignotas è ventriculo proxime educi, reliquum vero in eodem manere; partim ut coctionem, quæ elixatione fit, adjuvet, (elixatio enim in humido) partim ut ſit ὄχημα τῆς τροφῆς, ſive craſſioris chyli vehiculum. Idcirco, addit, aliquid potus videtur una cum lacteo illo cremore, non in pylorum tantum, ſed in venas lacteas commeare. Difficultas autem Vaſa hæcce detegendi ex ejus mente oritur, tum ex eorum conſtitutione, utpote quæ chylo ſuo deſtituta poſſunt non niſi fibrarum effigiem præ ſe ferre, cum ex materiæ contentæ qualitate, quæ eſt chylus limpidus & aquoſus, quum alter ſit lacteus, ideoque longe minus vaſa ſua reddere conſpicua poteſt. Cauſam inſuper hujus rei petit ex propiori nimis Ventriculi cum Liene connexione, quæ, inquit, adeo firmiter, & prope in homine pariter, ac brutis, nectuntur, ut quid inter utrumque ſit, non niſi ruptura, dignoſcas: facta autem illa, cum non poſſunt non vacuari, vaſa ne quidem vivo in corpore, præ membranoſarum fibrarum ſimilitudine, poterunt dignoſci.

At ſane etſi probe noverim Hippocratem & Ariſtotelem ex Antiquioribus, Lienem eſſe aquoſæ materiæ receptaculum, totidem verbis & expreſſe docuiſſe, idemque inter

Re-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 48 sur 291

Recentiores Reuſnerum, & Conringium, quamplurimis argumentis confirmatum iiſſe, tamen cum vaſa, per quæ è ventriculo in lienem deducitur, ſint adhuc incomperta, beatam ejus ſortem, cui tam fœlix inventum indulgebit natura, poſſum deprædicare, in eandem vero ſententiam pedibus meis ire non poſſum; ideoque iis minime contentus, ad vias magis cognitas & patentiores indagandas meipſum accingo.

Mitto interim eorum ſententiam, qui aliquid in Lienem per vas breve venoſum transferri ſtatuunt, utpote minus veram, tùm quia in capacitatem Ventriculi non porrigitur, ſed tantum per exteriorem ejus tunicam diſſeminatur, cùm, & maxime, quia oritur ſemper quidem à ramo ſplenico, ſæpe tamen ante ejus ingreſſum in Lienem, ideoque ſi aliquid à Ventriculo reportet, neceſſe eſt ut Lienem prætergrediatur. Multo minus illos moror, qui eidem officio vas breve Arterioſum deſignant, cùm illorum opinioni ſanguinis circuitus, apud me ratus, aperte reclamet.

Repudiato itaque Liene quidam Hepar elegerunt. Sic Hieron. Fabricius ab Aquapendente, lib. de Ventriculo, exugi ex eodem, à venis Gaſtricis, exuberantem potum, inque Hepar trajici arbitratus eſt. Et

C Clar.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 49 sur 291

Clar. Williſius Diſſert. de Urin. cap. 11 fatetur in ea opinione licet non præfracte admodum ſe ſemper fuiſſe, chymum aliquatenus immediate à ventriculo per ramos venæ Portæ in Cruoris maſſam derivari. Vid. plura apud prædictum autorem, loc. cit. ubi de hac re copioſe, & eleganter diſſeruit.

Tranſeo jam ad ultimam Claſſem, eorum viz. qui potum mediate è ventriculo deduci exiſtimant. Mediate dico, quoniam ex illorum ſententia, materia potulenta per Pylorum deſcendit, priuſquam vaſa ingreditur. Et voluit quidem Chyli receptaculi inventor Pecquetus (cujus verbis utor) Diſſert. Anat. p. m. CLV. liquores ſubito excretos ex Inteſtinis per lacteas in receptaculum trudi, illinc partim per chyloſam thoracis ſemitam in cor, ſanguinis officinam, confluere, partim à chylo ſeparatos in adjacentes hinc & inde Renes, vel per emulgentium Arteriarum adhæreſcentem firmiter chyli receptaculo truncum, qui, inquit, ob id fortaſſis intus foras pervius eſt, & inſtar incerniculi tranſcolando ſero idoneus; vel ſi mavis Atrabilarium, quæ adjacent capſularum, vel peritonæi, cujus ob partium viciniam non parum devehendis obnoxia duplicatura liquoribus, miniſterio divertere. Quin & Vir Doctiſſimus, ſeculique ſui

Phœ-

Phœnix Th. Bartholinus (cujus dotes eximias quotieſcunque cogito, obſtupeſco, quique apud me ſemper fuit πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων) Glandularum lumbarium, quas ipſe receptaculi vicem in homine ſupplere primus obſervavit, hunc uſum aſſignat, De Lact. Thor. cap. VIII. nimirum, & ſerum à chylo in levi præparatione, & expulſionis conatu, ſeparatum, in adjacentes vel renes exprimant, vel emulgentes arterias (quibus ramos à Glandulis iſtis mitti affirmat) vel capſulas Atrabilarias, vel denique per Peritonæi duplicaturam, in qua eaſdem glandulas morari affirmat.

Tandem ultimo loco memorandi ſunt, qui longum circuitum defendunt ex Ventriculo in Inteſtina, ex his in Venas Lacteas, inde in ductus Thoracicos, tum in Cordis Sinus, inde in Arterias Emulgentes per Aortam, & ſic ad Renes. Nequaquam autem illorum cineres turbandos cenſeo, qui materiæ potulentæ tranſlationem per venas Meſaraicas ad Hepar acriter aſſeruerunt (quod non omnino à veritate diſſonum quidam etiam ex Recentioribus opinati ſunt) tantum ſubnecto, utinam verum eſſet illud quod Walæus affirmat, Ep. 1 de Mot. Chyl. & Sang. & Pecquetus contradicit, Exp. Nov. Anat. p. m. 4 viz. venas aliquas lacteas in venam



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 51 sur 291

Cavam (aut potus Aortam) prope Emulgentes deſinere, cui ſententiæ favent etiam Riolanus, Harvejus, Veſlingius, aliique à Pecqueto memorati. Sane longe foret probabilius magnam potus partem, illarum miniſterio, ad Renes tranſire, quam per tantas ambages ire, ut eoſdem attingat.

Agmen demum claudat Bilſius, qui urinæ materiam à glandulis lumbaribus, aut Meſenterii immediate ad Renes ſuccenturiatos deferri affirmat, quemadmodum ſe poſſe oſtendere jactitat per ductus quoſdam peculiares, quos *Mosh* nominare ipſi arridet Valv. Dilucid. p. 7, 8. Verum quum vaſa iſtiuſmodi nunquam, quod ſciam, fuerint detecta, ſaltem non deſcripta, ſed nominata ſolum à Fred. Ruyſchio Anatomiæ & veritatis ſtudioſiſſimo, in valvularum dilucidatione ſuperius memorata, hoc Thraſonis iſtius, & grandiloqui promiſſoris hiatibus annumerandum cenſeo.

Sed ut quæſtioni propoſitæ ſolutionem, etſi non qualem volui, tamen qualem potui, aptem, litem inter Anatomicos ortam hiſce diſtinctionibus componere conabor. Potus ſumitur Primo, vel jejuno ventriculo, vel repleto; Secundo, in magna, vel in parva quantitate; & Tertio eſt conſiſtentiæ tenuis & penetrantis, ut vinum, aqua vitæ &c.

&c. aut craſſioris, & ad penetrandum magis ineptæ, ut Cereviſia, Ala, hydromeli &c. His præmiſſis dico Primò, Quod cujuſlibet potus exiguum quiddam poſſit per Tracheam deſcendere; ob rationes prædictas.

Secundò, quod potus iſtius in Ventriculum delapſi major pars, ſi ſumatur vacuo ventriculo, in mediocri quantitate, & ſit tenuis & penetrantis naturæ, ab ejuſdem tunicis poſſit imbibi, & ſanguini verſus Cor remeanti commiſceri. Nam ſi cibo miſceatur, retunditur, & ventriculus colligit & conſtringit ſe, adeo ut liquor difficilius egrediatur. Et hoc quidem ſtatuo ob argumenta citam è ventriculo quorundam potulentorum tranſlationem ſuadentia ſuperius allata.

Tertiò, Quod ſi ſumatur repleto ventriculo, & ſit craſſius, major pars per Pylorum deſcendat, minor vero è ventriculo immediate elabatur.

Quartò, ſi ſit craſſior, & ſumatur abſque cibo, in magna quantitate, idem poteſt evenire. Nam quod hujuſmodi potus inteſtina tranſeat, mihi argumento ſunt, tum Tormina illa inteſtinorum, quæ quotieſcumque Cereviſiam aliquam vetuſtiorem mane bibunt, nonnulli patiuntur; cùm alvus laxa, quæ Cereviſiæ, Abſinthini, pomarii, & iſtiuſ-

modi liquoris hauſtum, aliquibus conſequitur.

Quintò, quod potus iſte jejuno præſertim ventriculo epotus & per inteſtina delapſus, venas lacteas ingrediatur, ad receptaculum, aut glandulas lumbares, tendat, & inde forſan ſine ſanguinis miſcela, ſaltem diutina, ad emulgentes arterias recta feratur ex opinione Pecqueti, Bartholini, & Bilſii, licet ductus adhuc incomperti ſint. Argumenta, quibus nititur hæc aſſertio, ſunt.

Primò, quia potus interdum copioſe, & magna quantitate ſubito excernitur, ut in Diabete, Bonoſis, & præcipue potoribus Aquarum Mineralium, quas tanta copia cordis Thalamos, motu adeo ſubitaneo penetrare, pulſu tamen nihilo magis accelerato, nemo ſanus credat; pulſus ſiquidem intra quadrantem horæ octingentos in proprio carpo numeraveram ſiccus, epotis autem aquæ libris quatuor intra horæ ſpatium trecentos ſupra tria millia, ſive pulſus ſolum centum ultra octingentos, pro ſingulis horæ quadrantibus inveni, qui numero forſan haud exacte poſito aſſignari poſſit; craſtino vero die, duplicata aquæ quantitate, & epotis libris octo intra ſemihoræ ſpatium ab operatione per urinam & ſeceſſum, pulſus mille & ſeptingentos tantum obſervavi. Die tertio

tio hauſtis lib. ſex, duabus horis elapſis, & finitis omnibus per alvum operationibus, copioſe etiam & limpide fluente Lympha intra idem temporis ſpatium, mille & ſexcentos pulſus numeravi, pulſibus aquæ acceſſione nihilomagis auctis, quam quum aquas ſiccus non notaveram. Jam vero intra horæ unius dimidium aquæ libram unam ſemis eminxeram.

Secundo, quod urina ſubito excreta ſit limpida, ni ſubſtantia non mutetur, nec ullum habeat aut colorem, aut ſaporem, quæ ambo, ut libere dicam quod ſentio, neceſſe eſt ut in gradu ſaltem remiſſiori habeat, ſi multum cum ſanguine confundatur. Quædam etiam Diuretica ut Terebinthina, Juniperus &c. odorem ſuum imprimunt urinis, quem ſanguinis miſcela magna aboleret. Nonnulli quoque materiam chyloſam ſeu lacteam, ut & aſſumpta plurima, ſemen Aniſi, Carbones, grana Alkekengi, olera &c. cum urinis reddiderunt, quæ omnia probabile eſt breviori hac via, patentiori facta, ad Renes tranſiiſſe. Alii liquores quos biberunt, colore, conſiſtentia, odore, & ſapore, inalteratos minxerunt, & ſpeciatim aquam quandam nigram, in ſtanni Fodinis Cornubienſibus inventam, memorat autor quidam Nobilis, (Nobiliſſimum noſtrum



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 55 sur 291

Boylium intelligo, quem non ſine magno Bonorum omnium, & Literarum diſpendio, è vivis abreptum, melioris luti Theologi, Medici, & Philoſophi, meritiſſime lugent) quæ eundem fere colorem in matula, ac in vitro exhibuit.

Sententiam hanc, *Potulentam materiam cum ſanguine non confundi*, amplexus eſt, aut ſaltem pro ea, qua, quæpræter medicorum vulgi opinionem ſunt & captum, tueri ſolet promptitudine & peritia, defendit viriliter Collegii Medicorum Londinenſis Ornamentum nuperum Georgius Ent Eques Auratus, cujus argumenta, quantum res ipſa ferre poteſt, & docta, & ſtrenua, in Reſponſione ſua ad Thruſtoni Diatribam de Reſpiratione, videre eſt, ad quæ prono animo lectorem remitto. Schneiderus tamen de Catarrho l. 3 c. 3 Sect. 1 obnixe contendit potulentam materiam ſanguini commiſceri, quod experimentis, & obſervationibus probare nititur; & Cl. Gliſſonius Anat. Hep. c. 35 affirmat, ſi dudum ab aſſumpto potu alicui vena ſecetur, ſanguinem ſolito craſſiorem deprehendi; ſin paucis horulis poſt exſiccatos ingentes cyathos aperiatur, eundem multo dilutiorem obſervari. Idem quod in Aquarum Thermalium potoribus evidenter apparet. Videtur etiam potus in maſſam ſan-

ſanguinis tranſire unaque cum illo circumferri, quum aliter homines non inebriaret. De hac re plura vide in iis, quibus opinionem iſtam, *potulentorum materiam ſeparatim à ſanguine ad Renes, per Nervos transferri* ad examen revocavit Thomas Alvey M. D. & Coll. Medd. Lond. Soc. & Cenſor. Aſſerimus Ultimo,

Quod potus cibo miſtus, & durante coctione in ventriculo manens, ſive craſſior, ſive tenuis, chylum nunquam deſerat, ſed eidem cedat in vehiculum, per inteſtina lactea intret, tum receptaculum aut glandulas Bartholinianas petat, inde ductus thoracicos, dein cordis ſinum dextrum, pulmonem ſiniſtrum, Arterias, ac tum poſt unam aut alteram circulationem ad Renes amandetur. A Renum carunculis papillaribus vocatis, in pelvim, indeque per ureteres in veſicam delabitur, ibique ſtabulatur, donec aut quantitas, aut qualitas ad excernendum extimulat. Quomodo autem ſerum in Renibus à ſanguine ſeparatur, ut illud in Renales ductus, hic vero in Venas tranſeat, vide apud Laurentium Bellini Exerc. Anatom. de ſtructura & uſu Renum p. 74 75. &c. ubi ſpartam hanc ad Borelli mentem egregie adornat, & quædam circa renum fabricam minus nota plenius detexit.

In diſquiſitionis hujus complementum, ex Epiſtolis meis medicinalibus ἀνεκδότοις, quædam his attexam & præcipue è Joachimi Frederici Sagittarii M. D. nuper defuncti τοῦ μακαρίτου, ad me Epiſtolis, ubi, uti prius ad Thermas Britannicas edendum, ita ad hanc provinciam ſuſcipiendam, amice admodum, & vehementer hortatur, inter alterius argumenti alia, verbis ſequentibus: Valeas diu, Vir ſumme, & quam meditaris Diſquiſitionem, *de Ductibus Potiferis*, orbiſque literarius diu exoptavit, & etiamnum avide expectat, in lucem emittere quam citiſſime digneris, prolem tanto parente digniſſimam. Blancardus probat circulationem ſanguinis fieri per tubulos; annon potus ingurgitatus copioſe, eo quo dixi modo, per canales, è fundo ſtomachi prodeuntes, ea qua omenti jungitur regioni, ſine mora pergat ad Emulgentes? Nam non omne potulentum tranſit per inteſtina ad venas lacteas, atque deinde, per ductum Thoracicum, ad cor. Inſtantiam addit Practicus eximius puellæ parum ſani ſyncipitis, quæ pharmacopolium ingreſſa, & Mercurii vivi ſplendore capta, abſente pharmacopœo, libram ſemis devoravit avide, & ſtatim (vix quadrantis horæ ſpatio) in eadem officina, per urinas reddidit. Ita vir clariſſimus; quod tranſi-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 58 sur 291

tranſitum alium, quam per cordis ſinus, arguere videtur, ſi Mercurium per alvum puella non reddidiſſet. Ad Urinarios ductus inveſtigandos*, Injectionem etiam ſuadet Amiciſſimus ille vir, & auctoris cujuſdam verba citat: Syphone lac in venas quaſdam, „quas probe diſtinguere non potui, in pla- „centa pueri, vi immiſi, & omnia vaſa mi- „rifice percepi, quæ mirum in modum au- „cta erant, & ob lactis colorem diſcerne- „bantur optimè, adeoque ut non melius „fieri, vel exoptare potuiſſem. Speratur „hanc methodum in urinæ ductibus inveſti- „gandis, non inutilem futuram. Primo „enim fugantur ſanguinis reliquiæ per carnis „ſubſtantiam, & tandem lac ejus loco in- „troducitur, & uſque ad vaſa capillaria ma- „nifeſtatur. Hæc ille.

Porrò, injecta omnia & ingeſta, ſangui- ni commiſta, ſanguinis naturam ſtatim non induunt, ſed oleoſo præſertim temperamento prædita, ab ipſo ſanguine, dum in illo ſunt, diſtinctam ideam, colorem, & ſaporem, con- ſervant & retinent, donec motu ac ſpiritu frequenti ſanguinis circuitu ſubacta, in ipſiſ- ſimam ſanguinis ſubſtantiam tranſiverint. Hinc eſt quod chylum purum in ſanguine, quum vena haud longe à paſſu aperta fuerit, fluitantem obſervaveram; & Adoleſcentis

cu-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 59 sur 291

cujuſdam Gonagrici in noſocomio Bellotti Bathoniæ, haud ita pridem memini, qui tumore Oedematoſo in genu laborans, ex orificio tumoris aperti, juſculum, aut Carnis brodium calendulæ floribus alteratum, ejuſdem prorſus ut prius conſiſtentiæ, & coloris, una cum ipſis floribus effundere ſolebat.

Ad tardam nutritii ſucci cum ſanguine miſtionem unionemque illuſtrandam, Obſervationem *de ſero ſanguinis lacteo*, ex obſervationibus meis medicinalibus MS. apud me, adjungam.

Die xxi Octobris anno Domini 1684, Ancilla cujuſdam medici Bathonienſis, ſanguinis miſſionem poſt meridiem paſſa in brachio ad ℥x ſerum ſanguinis habuit prima facie candore & opacitate referens ſerum lactis, quod die tertio inſpectum ideam lactis omnino repræſentabat. Totum ſerum lacteum non fuit, ſed è quatuor partibus tres tantum circiter, quemadmodum conjectura probabili aſſequi poteram, quod quidem lac à lacte ſuperfuſo dignoſci vix poterat, & in eodem ſtatu & conſiſtentia, plurium horarum ſpatio inalteratum remanſit, & purum lac idea, colore, & conſiſtentia retulit. 23 Oct. die tertio poſt miſſionem ſanguinis.

Hinc colligere eſt ſerum ſanguinis eſſe ſuccum corporis nutritium, & Chylum ve-

nis

nis Lacteis contentum, & harum ope ad partes interiores è ventriculo delatum, ſanguini commiſceri, quod poſtea in Nervos admiſſum, ſuccum iſtum, aut medullam potius nervoſam forſan creat, & ſpiritibus vitalibus primo, mox Animalibus ſenſui & motui inſervientibus materiam & pabulum ſubminiſtrat, quemadmodum alibi in Exercitatione de ſucco Nutritio fuſius declaravimus. Chylum etiam novum veteri ſero confuſum & communicatum diſcrepantia ab invicem declarare videtur, adeo ut tres partes novi ſucci uni veteris commiſtæ totum ſerum conſtituerent fluidum pondo ℥ij reſpectu habito ad maſſam ſanguinis ſubjacentem, & coagulatam. Miſſio ſanguinis peracta fuit tribus horis à prandio.

Et hactenus quidem *de Potulentorum tranſitu ad Renes*, de quo quæ dicta ſunt eorum quæ dici poſſunt, ſumma videntur, donec ductus aliqui novi adhuc in veritatis puteo latentes incomperti, lucem huic rei majorem fœnerantur. Tempus eſt jam, ut de recto uroſcopiæ Uſu quædam ſubnectam. Priuſquam vero de Uſu ejus dicam, quædam de ABVSV præmittenda.

Non poſſum igitur quin ferocia inſolita in perditiſſimos iſtos nebulones involem, qui lucro inhiantes, ſuſque deque habitâ ægro-

rum.

rum ſalute, οὐρομαντείαν exercent, & ex ſolâ urinæ inſpectione de quocunque corporis malo judicium ferre non verentur. Vates hoſce triobolares, carnifices potius quam medicos, optime perſtrinxit Doctiſſ. vander Linden, Manud. ad Medicin. p. 59. *Quæ eorum*, inquit, *eſt dementia, qui oblatum domi lotium, quaſi ἐκ σελήνης ἔκλειψιν ἀτενίζοντες, porrecta matula inſpiciunt, coram oſtentatione certis, & portentoſæ ſcientiæ venditatione divinant, & credulo imperitorum vulgo, quæ maxume neſciunt, ſcire perſuadent; inſuper, ut tantulo amplius emungant, Receptas ſcribunt, quibus obſunt, ſi fortuito non proſunt. Apage tales iſtos, quibus Veſpaſiani hoc putidum placet, Lucri bonus odor ex re qualibet.* Et ante illum Fuchſius, Inſt. Med. lib. IV Sect. III cap. I his verbis: *Atqui jam dictis non minus reprehenſionem merentur magna noſtri temporis medicorum pars, qui nullum non morborum genus ex urina cognoſci poſſe cenſent. Niſi enim hanc perverſam & riſu dignam opinionem induiſſent, non ex urinâ tanquam olim ex tripode, de ſingulis corporis malis reſpondere in animum induxiſſent; valde autem inepti ſunt, qui ex urinæ inſpectione omnia prædicere conantur, quod ſc. inſcitiam, aut verius ſtultitiam ſuam, hac ratione omnibus palam faciant.* Et paulo poſt: *Deinde qui pertinaciter hodie etiam ſibi per-*

*perſuadent nihil non ex lotii inſpectione cognoſci poſſe, adeoque imperitæ multitudini hac ratione, ſpe lucri, parum certe liberalis, imponere, in deliciis habent, ii certe digni ſunt, ut novo etiam aliquo elogio ornentur, & non ut olim ab Ariſtophane* σκατοφάγοι *(hoc enim epitheto avaros & indoctos olim medicos ille dignatus eſt) ſed potius* Οὐροπόται *appellentur. Et rectiſſime etiam in hos torquebitur uſitatum vulgo convitium, Stercus & Urinæ medicorum fercula prima* &c. Optime igitur à Medicorum Londinenſium Collegio celeberrimo (quod medicos habuit, & jam habet (quicquid ad illorum famam elevandam Empirici, acriter quidem, ſed incaſſum, deblaterant) doctrina & ingenio nullis ſecundos) optime, inquam, in ſtatutis collegii, à doctiſſimâ illâ ſocietate cautum eſt, ne quis Medicorum fallacem hanc ex urinis divinandi artem, in lucrum proprium, in aliorum vero perniciem exerceat. Ridiculum quidem eſt, & „inſulſum ajunt, ex urinarum ſolummo„do inſpectione ſive de morborum genere, „atque natura, ſive de ægrotantium ſtatu, „ac conditione, aruſpicum & conjectorum „more, velle quicquam certi ſolidique di„vinare. Monemus itaque omnes Medicos, „ut hac in re multo cautius poſthac ſe ge„rant, quam antehac ſolitum eſt à pleriſque

„fa-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 63 sur 291

„ factitari; & hanc ob cauſam omnibus me-
„ dicinam facientibus interdictum volumus,
„ ut Idiotis iſtis, & mulierculis, ægrotan-
„ tium matulas circumportantibus, nequic-
„ quam in Medicinâ præſcribant, niſi aut
„ ipſum ægrotum viderint, aut ſaltem ab
„ illis qui conſilium petunt, de toto illo
„ morbo quo laborat æger, morbique cir-
„ cumſtantiis, & plane, & plene inſtructi
„ fuerint. Hac enim ratione & dignitatem
„ medici melius tuebimur, & multo etiam
„ aptius & ſcientius excogitabimus reme-
„ dia, quæ ſint homini periclitanti maxime
„ profutura.

Nec cuiquam, ſpero, unquam vel in mentem venit, me tractatum ſequentem in publicum miſiſſe, ut iſtiuſmodi homuncionum gratiam demerear, (quos meritò Reip. peſtes exiſtimo, & quotidie oraculis ſuis audacibus, & temerariis, Πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς ἀΐδι προϊάπτειν) etenim, niſi apud me Autoris Pietas, Modeſtia, & Brevitas, Subjecti ipſius dignitatem præponderaſſent, illum blattis & tineis corrodendum reliquiſſem, nec Adverſariorum copias ἐπικουρικὸν aliqua adauctas reddidiſſem. Verum minus periculi exinde medicis impendet, quod pauci ſint ex iſto grege, qui Latinam linguam callent, nedum Græcam.

Ne-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 64 sur 291

Neque mirum videtur nefarios quoſdam impoſtores, & illiteratos Empiricos, fallacem hanc & periculoſam divinandi artem ubique profiteri, cum nullâ aliâ viâ ſibi famam aut nummos (quos maxime venantur) conciliare poſſint. Summopere autem miror Joannem Fernelium, virum ſupra vulgus ſui temporis Medicorum & Philoſophorum doctum, receptæ huic conſuetudini (quam iniquam & depravatam jure merito Plantius appellat) morem geſſiſſe. Niſi forſan auram popularem, qua minime indiguit, captans, iſtius artis exercitio, quam experientia ſua non potuit non fallacem deprehendere, ſeipſum accommodaverit, ut vulgum demulceret, qui eum medici nomine indignum exiſtimat, qui per matulam, de cujuſcunque generis morbis vaticinari detrectat.

Non vacat hic ineptas Uroſcoporum hypotheſes ſigillatim excutere, cui illas fuſius refutatas legere eſt animus, adeat, inter alios, Pet. Foreſtum, de Incerto Urinarum judicio. Enricium Cordum, de Abuſu Uroſcopiæ; & Gul. Adelph. Scribonium, de Inſpectione Urinarum, qui contra hujuſmodi mendaciſſimos errones ex profeſſo ſcripſerunt, ſicut & quidam è Conterraneis noſtris, qui libros ſuos linguâ vernaculâ evulgarunt, ut Aart, Brian &c. Mihi autem, ad horumce



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 65 sur 291

impoſtorum fraudem detegendam, & divinationis ex ſola Urinæ inſpectione vanitatem indicandam impræſentiarum ſufficiat, ſi oſtendero, *morbos eſſe plurimos, quorum in Urinis nec vola quidem obſervari poteſt, nec veſtigium; quoſdam etiam, morbis periculoſiſſimis detentos, in ipſius mortis confinio, & supremâ tegulâ, conſtitutos, urinas nihilominus reddere laudabiles, & nihil, aut parum à ſanorum diſcrepantes; item urinas peſſimas, quas deploratas pronunciant, & mortis Lictores (utpote uroſcoporum judicio appropinquantis interitus præcurſores certiſſimos) interdum quidem non ſolum ne tantillum periculi in ſe continere, ſed haud raro ad ſalutem, potius quam ad mortem, facere.*

Et quidem morbi, quorum cauſa aut indicia in vaſis ſanguiferis, aut meatibus urinariis, minime continentur (in iiſdem viz. generata, aut aliunde tranſlata) ex urinæ inſpectione cognoſci non poſſunt. At vero morbi multi urinam non alterant, nec quicquam, quo illorum præſentia deprehendi poſſit, ſero impertiunt. Nam (ut externos præteream, quales Tumores, Luxationes, Fracturæ, Ulcera &c. Item conformationis (quos vocant) Figurâ viz. cavitatum, & ſuperficiei; nec non magnitudinis vitia, & numeri) Phthiſis nullum ſui indicium peculiare urinæ communicat, & tamen morbus eſt,

eſt, qui vel in hac regione multa millia hominum quotannis jugulat. Errori huic refutando (Phthiſin nimirum per urinam indicari) Jac. Primeroſius, vir acutus & doctus, cap. v libri ſui II de Vulg. Error. in Medicina, in ſolidum addixit, quod quia nervoſe ſatis ab illo factum exiſtimem, Lectorem, qui de hac re dubitat, illuc remitto. Huic adſtipulatur Theoph. de Garentiers, qui licet Tabem illam, quam Anglicam appellat, non male forſan à Phthiſi veterum diſtinguat, in illà tamen dicit, Angl. Flag. cap. III. ut in aliis morbis in quibus ſoli ſpiritus laborant, οὐρομαντείαν locum non habere. Idem etiam de Lue Venerea dicendum, cujus, cum tam multa ſigna ubique ſint, nullum tamen, teſte ipſo Fernelio, de Ead. Lue cap. IV, cernitur in urinis; addit etiam, neque ex iis quiſquam aut hoc, aut aliud ullum veneni genus poſſe deprehendere. De Epilepſia Deum & Cœli numina teſtatur Gilbertius Anglicus, ſe nunquam cognitionem ejus certam per urinam ſolam invenire potuiſſe: & ſubjungit: *Eſt enim fallax nuncius, & æquivocus.* De Arthritide, idem judicium eſt ferendum. Imo Actuarium ridendum monet Argenterius, de Urin. cap. XXV, quod ex urinâ non tantum Artuum laborantium, ſed & membranarum cerebri, cordis, pulmonis, &



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 67 sur 291

etiam uteri, affectuum ſigna conaretur oſtendere. Præclare igitur Williſius, Diſſ. de Ur. cap. VI. *Licet urinæ materia ſc. ſerum ſanguinis, univerſam corporis regionem perluat, & cum ſanguine per ſingulas partes circuletur; haud tamen omnium ſtatum & morbos patefacit, ſed iſtarum ſolummodo, quibus aut naturalem ſui perfectionem & geneſin debet, aut a quibus alterationem quamvis ſuſcipit. Quare viſcerum coctioni inſervientium actionem & craſin aliquatenus refert; & præterea ſanguinis & humorum in vaſis temperiem & motum ſubindicat: verum ut quis dolorem in capite, abſceſſum in gula, aut quemvis alterius partis affectum, unde nihil ſero communicatur, ex matula cognoſcere, & divinare præ ſe ferat, ignorantiæ potius ſuæ, quam morbi cujuſvis indicium præbebit.*

Sed à morbis Chronicis, de quibus fere omnibus urina ſilet, ad Acutos tranſeo, viſurus utrum illorum dignotioni urinarum inſpectio veriùs quicquam aut majus contribuat. Et ſane inficias ire non poſſum, quin, num affectus febri ſit conjunctus, necne, urina interdum potuerit oſtendere; quinam vero ſit affectus, ſive pleuritis, peripneumonia, angina &c. aut qualis iſta febris ſit, an continua, an intermittens &c. ex nuda Οὐροψία ſciri non poteſt. Cùm enim urina in diver-

diverſis morbis eadem appareat, quâ divinatione, obſecrò, hariolari poteſt Οὐρομάντης, quonam ex iſtis, ex æquo per urinam ſignificatis, ægrotus decumbit? Verum ut Uroſcoporum Papæ hujus infallibilitas in morbis etiam acutis palam fiat, & quoad acutos morbos venenatos illam examinabimus, & quoad non-venenatos.

Ex morborum Acutorum non-venenatorum claſſe, unum ſeligemus periculoſum quidem, verum remediis quibuſdam rite adminiſtratis facilius curatum; alterum vulgo minus periculi in ſe habentem, curata vero non rarò difficillimum. Prioris generis eſt Phrenitis, cujus nulla ſigna diagnoſtica certa ex urinis dari poſſunt. Teſtatur Galenus (circa Urinarum negotium, ut plurimum, quicquid cætera fuerit, orthodoxus ſatis, unde librum illum de urinis eidem attributum, meritiſſime inter ſpurios numerandum cenſeo) qui ad Hipp. Prorhet. lib. I Text. IV, ubi hæc verba: Τὰ ἐπὶ ταραχώδεσιν ἀγρύπνοισιν οὖρα ἄχροα μέλανα ἐναιωρεύμενα ἐφ᾽ ἱδρῶτι φρενιτικά, ita ſcribit: Τὰ μὲν οὖν τῆς ἀγρυπνίας τε καὶ ταραχῆς τῶν καμνόντων ὄντως φρενιτικά· τὰ δὲ τῶν οὔρων τε καὶ τῆς ἐφιδρώσεως οὐδαμῶς. Τῶν γὰρ κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ τὰς φλέβας χυμῶν, ὅπως ἔχουσι, γνωρίσματ᾽ ἐστὶ τὰ οὖρα, τὰ δὲ φρενιτικὰ σημεῖα τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐνδείκνυται διάθεσιν. Quod



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 69 sur 291

hic de Phrenitide, idem alibi de Cerebri affectibus in genere pronunciat. Nam ad Prorh. lib. II Text. etiam II. poſtquam monuiſſet ſtatum hepatis, renum, veſicæ, vaſorum ſanguiferorum, & humores generantis facultatis robur aut imbecillitatem ſolummodo ab urinis indicari, ſubjungit ſtatim: Τῶν δὲ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον παθῶν ἄλλα συμπτώματά ἐστι καὶ σημεῖα. Et ſane ut alia minoris momenti miſſa faciam, quum inde Phrenitidem adeſſe vulgo colligitur, quod urina ſit magis limpida & ſolito albidior, bile nimirum, (uti dicunt) ad cerebrum rapta, unde oritur Phrenitis; quare de Phrenitide potius quam de ἀπεψία, Diabete, Renum Calculo, aut obſtructione aliqua in viſceribus conjiciendum ſit, quum ſimilis urina in omnibus hiſce affectibus & quibuſdam aliis, reddi ſoleat? Imo alicujus morbi indicium eſſe neceſſario non ſequitur, cum iſtiuſmodi urinas poſt pleniorem potationem ſtatim mictas paſſim cernamus.

Acutorum morborum alter eſt febris Quartana (quam plerique Chronicis accenſent, poteſt vero & Acutis, tum quia febris, cùm quod in longum tempus neceſſario non protrahitur, ſed paroxyſmis non ita multis aliquando terminetur. Utcunque ſit) de illa planiſſime Acutiſſ. Primeroſius, de Vulg. Err. in Medic. lib. II cap. I. *Ipſa febris quartana,*

*quæ*

*quæ morbus internus eſt, etiamſi ſit humoris melancholici ſoboles, nulla tamen ejus indicia in urinâ exhibet, nec in Paroxyſmo, nec extra Paroxyſmum.* Galenus etiam tradit Quartanarum Urinas priores à Quotidianarum non diſtingui; & Arculanus, de Feb. ſive Com. in Avic. IV Can. Fen. I tr. II cap. LXV. idem confirmat. *Non credo*, inquit, *per Urinam ſolam poſſe comprehendi Quartanam propter convenientiam magnam, quam habet cum Phlegmatica, & maxime in principio.* Ὁμοψήφους quoque Gilbertum & Richardum Anglicos citat.

Quod ad morbos venenatos ſpectat, in iiſdem (qui tamen jure periculoſiſſimi reputantur) Urinarum inſpectio fallaciſſima eſt. In febribus enim malignis, Peſtilentibus, & ipſa Peſte, urinæ plurimorum, quorum etiam fores pulſat mors, parum ab iis quæ in ſtatu ſano minguntur alteratæ obſervantur. Non raro obſervavi, inquit Cl. Willifius, Diſſert. de Urin. cap. VI. in graviſſimis quibuſdam affectibus ſc. in febre malignâ, ubi cum viribus dejectis, pulſu debili & inæquali, macularum eruptione, aliiſque mali moris ſymptomatis ægrotantes periculoſe admodum decubuerunt, urinas quoad colorem, conſiſtentiam, & hypoſtaſin veluti in ſanis laudabiles fuiſſe; ut revera tali in



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 71 sur 291

caſu medicus è lotio tantum conſpecto circa prognoſticon perquam turpiter erraverit: quare urinæ ſingulari teſtimonio, niſi alia ſuffragantur indicia, ægra commodetur fides. Sunt etiam ex peſtilentibus febribus nonnullæ, teſte Avicenna IV. Can. Fen. I tr. IV cap. II. in quibus ægri pulſus & urina à naturalibus non multum diſtant, & tamen febris, ut ait Interpres, eſt interficiens velociter. Eidem ſuffragatur Petr. Salius Diverſus, de Feb. Peſt. cap. XVI. *Quandoque*, inquit, *Urina in hac febre nullam, vel minimam, in ſe pravitatem continent, ſuntque quam ſimillima Urinis ſanorum*. Item Jo. Bapt. Sylvaticus Controverſ. Med. XCI. Peſtilentiales febres aliquæ hoc habent, ut urinas habeant ſanorum quam ſimillimas. Imo in Conſtitutionibus maxime peſtilentialibus, quo minus febris apparet, eo magis Urinæ ſimulant iſtas Sanorum. Talis fuit illa, quam ſuo tempore accidiſſe refert Jacobus de Partibus, Com. ad primam IV Avic. tr. IV cap. II. in qua nonnulli ad ipſum cum urinis accedebant, in quorum pulſu, aut urina, nullam, aut vix effatu dignam, ἀνωμαλίαν obſervaverit, & tamen eorum aliqui, inquit, eodem die moriebantur, alii in craſtino. Conſimile etiam narrat Alex. Benedictus, de Feb. Peſt. c. XIII.

De

De Peſte tradit Helmontius, Tumulo peſtis, quod nunquam ex Urina quantumvis deſtillata illam præſentem noſcere potuerit. Et iterum, paulo poſt: Urina nun„quam apud meam ruditatem detexit Pe„ſtem. Urinas etiam in Peſte ſcribit Isbr. de Diemerbroek, De Peſt. lib. I cap. VII. multis optimi coloris & Sedimenti, Sanorum Urinis ſimiles, aliis vero varias; unde in Annot. concludit, ex Urinis ſolis certo peſtis præſentiam judicari non poſſe. Et quoad Prognoſtica, in peſte quam deſcripſit, multos refert lib. I cap. XV cum Urinis ſanorum Urinis ſimilibus præter expectationem mori. Addit inſuper in An„nott. Quæ ex Urinis ſumebantur Pro„gnoſtica pleraque, incertiſſima & valde fal„lacia erant, neque enim Color, neque „Conſiſtentia, neque hypoſtaſis, neque „ſedimentum, aliaque innatantia Corpuſcu„la quicquam certi prædicebant, cum le„thaliſſimis Urinæ Signis plurimi evade„bant, cum ſaluberrimis moriebantur in„numeri. Neque ſane aliter in Peſte, & reliquis plerisque morbis venenatis, accidere poteſt. Siquidem cum labes venenata, iſtorum morborum cauſa proxima, non, ut cæteri affectus, naturam aperto Marte & palam adoritur, ſed vitæ arci inſidias ſtruat,

D 5 omnia

omnia in ſanguine pacata videntur, nec præternaturali in eodem fermentatione ob-orta, ut plurimum, febris accenditur, quæ Urinæ mutationes pleraſque ſolet inducere: aut ſaltem adeo levis eſt febricula, ut Urinam in pejus valde alterare potis non ſit.

Vidimus quam belle ſeſe geſſerit Urina in morborum plurimorum διαγνώσει, & peſtis etiam προγνώσει: reliquum eſt, ut quo Urinæ fallacitas evidentius appareat, utriuſque ſignorum claſſis inſtantiam unicam ſupra memoratis breviter ſuperaddam.

Et ſtatim inter ſigna Prognoſtica nobis occurrunt Urinæ Nigræ, Orci & Plutonis veſtibus indutæ, quas ſimul ac in matula conſpiciunt Uromantes, aſpectu triſti, & voce lugubri, ægrotantis animam ſummis labiis inſidere pronunciant. Non omnis autem Urina (quod ex quibuſdam uroſcopiæ patronis diſcere potuerint) periculum ſignificat. Nam excretiones criticæ, nigræ licet ſalutares ſunt, & febribus quartanis, lienis affectibus, menſtruorum aut Hæmorrhoidum ſuppreſſionibus laborantibus familiares eſſe ſolent. Imo quoſdam legimus nullo morbo afflictos tales reddidiſſe. Vidi ali-
„ quando, inquit Scribonius, De Urin. Inſp.
„ p. 49. equitis cujuſdam lotium nigrum,
„ qui

„ qui tamen nondum ægrotus decumberet, „ nedum extremum diem obiret. Et de puero quodam Scholaſtico narrat, qui nullo morbo correptus urinam minxit adeo nigram, ut qui viderent atramentum eſſe putarent. Hiſtoriæ iſtiuſmodi plures ubique inveniuntur, quas huc tranſcribere neceſſe non eſt. Viderint igitur ſcelerati iſti impoſtores, (qui artis ſuæ nigræ fumum populo vendunt, ideoque nigerrimi carbonis notam merentur) quâ fronte urinam nigram quamlibet oblatam, quamcunque ob cauſam (de qua minus ſunt ſoliciti) excreta fuerit, imperito popello pro lethali venditant.

Supereſt ultimo de Urinis Pinguibus & Oleaginoſis quædam dicere, quibus febris Hectica, partes colliquans, vulgo indicatur. Cæterum demus licet tales urinas in hoc morbo obſervari (quod quidam negant, eo quod Hectica potius per inſenſibilem tranſpirationem, febres vero ſynteсticæ per manifeſtam colliquationem, corpus extenuent) non adeo certo Hecticam (aut febrem ſyntecticam) ſignificat, cum ex ſanguine oleoſo & ſulphureo, aut renum pinguedine ex ſupino in dorſum decubitu incaleſcente, oriri potuerint, unde in corporibus florentibus, & optime conſtitutis iſtiuſmodi urinas haud ra-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 75 sur 291

rò animadverterim. Quin & Hecticum ſub ejus cura memorat Primeroſius, Error. in Med. lib. II cap. v. in quo nunquam ejuſmodi urina apparuit, quam in aliis etiam ſe vidiſſe refert, qui nequaquam ægrotarent. Signum etiam hoc hypochondriacis magis proprium & familiare eſſe quam tabidis teſtatur Williſius, Ep. ante Diſſ. de Urin. & quamplurimos ſine hoc intabeſcentes mori.

Facile eſſet omnes Urinarum ſpecies, & ſyzygias, ad hunc modum percurrere. Verum cum alii ſpartam hanc & nacti fuerint, & cum laude adornaverint, ſatius duxi præcipua quædam capita ſummatim decerpere, quam cramben toties recoctam iterum apponere. Quæ vero dicta ſunt, ni fallor, aliquatenus evincunt, quam fallax & incertum ſit ex Urinis judicium, abſque reſpectu habito ad Signorum ſyndromen, quæ plus multo quam Urina ad morbum dignoſcendum ſæpenumero conducunt. Nec ægrè ferant Uromantes ſe toties à nobis Impoſtores vocari. Tales enim iſtius farinæ homines, qui ex inſpecta ſolum urina de quocunque morbo temere & inconſulto vaticinantur, & per matulam, tanquam per vitrum quoddam magicum, divinant, habituri ſumus, quouſque probatum dederint morbos omnes aliquid



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 76 sur 291

quid urinæ communicare, aut eam ſaltem aliquo modo alterare; & diſtinctam urinam unicuique morbo aſſignaverint. Interim non nego, quin Urinæ ſuus etiam inter cætera ſigna detur locus, quodque ejuſdem obſervatio ad morborum quorundam, Icteri nimirum, calculi &c. cognitionem non parum conferat. *Puto tamen uſum ejus potius eſſe Prognoſticum, quam Diagnoſticum, & morbi cogniti & aperti eventus proſpiciendo, quam ignoti & latentis naturæ inveſtigandæ magis inſervire.* Auguror autem ego, & fortaſſe rectius quam Uromantes, in morbis malignis & Peſtilentibus, aut quoad διάγνωσιν, aut quoad πρόγνωσιν, quenquam parum ex his aquis expiſcaturum. Qui plura de Urinæ ſignificatis, rationi & experientiæ conſentaneis, (qualia in tractatu ſequenti tradita aliquam multa non videntur) legere deſiderat, adeat Diſſertationem Epiſtolicam de Urinis, à Cl. Williſio, Diatribis de Fermentatione & Febribus annexam, cujus etiam de Uroſcopiæ uſu judicium hic ſubjungo. Præci-„puus οὐροκρίσεως uſus erit, inquit cap. VI, in „obſervandis morbi cujuſvis ſtatu & pro-„greſſu, nec non alterationibus verſus ſalu-„tem aut mortem. Etenim in affectionibus „Chronicis, ex Urina quotidie inſpecta, „medico innoteſcat, quibus gradibus ægri-

„tudo

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 77 sur 291

„ tudo indies accreſcat; quo tempore reme-
„ dia purgantia, aut alterantia, erunt magis
„ opportuna, qualia medicamenta ſint ma-
„ xime proficua: hinc obſervare eſt, an na-
„ tura morbo prævaleat, necne; certiſſimum
„ hinc prognoſticum elicitur de ſpe aut pe-
„ riculo convaleſcentiæ; prout nimirum co-
„ ctionis aut cruditatis ſigna in Urinis appa-
„ rent. In morbis acutis hinc ſtatus & ἀκμὴ
„ febris optime prænoſcitur, quo tempore
„ criſis, & quo ſucceſſu, ſperatur; quando
„ evacuationibus, & quando Cardiacis tem-
„ peſtive inſiſtendum eſt. Non certiori fide
„ aut majori diligentia pyxidem nauticam in-
„ tuentur naucleri, quam pro idoneis meden-
„ di temporibus & modis urinarum phœno-
„ mena obſervare debent medici &c. Scio præterea à medicaſtris & mulierculis innumeras fere οὐρομαντίας regulas & præcepta paſſim tradi; ut matula tantum inſpecta, divinare præ ſe ferant, an vir ſit, an fœmina, qui ægrotat; quamdiu decubuerit; quali morbo laborat; utrum affectus in mortem an ſalutem deſinet; an Patiens amoris an triſtitiæ affectibus ſit obnoxius; utrum mulier utero conceperit, necne, & an gravida marem an fœminam paritura ſit; & ſexcenta alia, in quibus vel inani conjecturâ utentes, confidentia ſua credentium animis imponunt: vel

(quod

(quod crebrius iis in more eſt) callida verſutia, rem aliter exquirendo, indagantes, notitiam ſuam urinæ inſpectioni falſo adſcribunt.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 79 sur 291

# ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ

## ΒΙΒΛΙΟΝ.

### ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

[1] ΤΗΝ περὶ τῶν οὔρων πραγματείαν πολλοὶ τῶν ἀρχαίων ἰατρῶν ἐπεχείρησαν γράψαι, ὧν πρῶτος ἁπάντων Ἱπποκράτης, [Κῷος] οὗ τοῖς [2] βίβλοις ἐντυγχάνομεν. [3] Μετὰ δὲ τοῦτον Γαληνὸς ὁ [4] θαυμάσιος [ἰατρὸς] ἐπεχείρησέ τε καὶ ἔγραψεν· εἶτα [5] μετ' αὐτὸν Μάγνος ἰατροσοφιστής. Οὗτοι μὲν οὖν οἱ ἄνδρες [6] ἐπαίνων ἄξιοι ὅτι πρῶτοι ἐσπούδασαν εὑρεῖν τι χρήσιμον ἐν τῷ βίῳ· οὐδεὶς μὲν τοί γε τῶν ἀνδρῶν τελείαν [7] ἢ ἀνελλιπῆ τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο. Ὁ μὲν γὰρ Ἱπποκράτης περὶ οὔρων ἐξηγησάμενος ἄλλοτε ἀλλαχοῦ ἐν ταῖς πραγματείαις αὐτοῦ [8] κατασποράδην γένη τε καὶ εἴδη καὶ διαφορὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν διαγνώσεις [τε καὶ προγνώσεις] [9] ἐν ταῖς ἐσομέναις τῶν μορίων διαθέσεσι παρὰ φύσιν, ἔν τε τοῖς ὑγιαίνουσι σώμασι, καὶ ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν, ἐλλιπῆ τὴν διδασκαλίαν κατέλιπεν· ὡσαύτως [10] καὶ

1 γρ. Τ. π. τῶν ο. διαφορὰς πρ. 2 γρ. βιβλίοις. 3 γρ. μ. δ. τοὺς χρόνους τούτου. 4 θαυμασιώτατος επ. 5 γρ. μετὰ τοῦτον. 6 γρ. επ. εἰσὶν α. ὅτι πρῶτοι ταῖς ἐπιβολαῖς ἐχρήσαντο, καὶ ἐσπ. 7 γρ. καὶ ἀ. 8 γρ. σποράδην. 9 γρ. ἔν τε τ.

# THEOPHILI DE VRINIS LIBELLVS.

## PRAEFATIO.

De re Urinaria multi veterum medicorum aggreſſi ſunt ſcribere, quorum omnino primus Hippocrates [Cous,] cujus operibus fruimur. Poſt hunc vero Galenus [medicus] admirabilis & aggreſſus eſt, & ſcripſit. Illum demum excipit Magnus Jatroſophiſta. Hi quidem viri laudibus digni, quod aliquid ad vitam utile invenire primi ſtuduerint; nemo tamen virorum (iſtorum) perfectam aut numeris omnibus abſolutam reddidit. Hippocrates enim de Urinis exponens, hic & illic in ſcriptis ſuis, genera, & ſpecies, & diverſitates earum, dignotiones item (& prænotiones) quæ ex ipſis fiunt in affectibus partium præter naturam futuris, in ſanis corporibus, & in acutis morbis ſparſim (tradens) diſciplinam mancam reliquit. Simi-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 81 sur 291

[10] καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Γαληνὸς ἐν τῇ περὶ κρίσεων πραγματείᾳ αὐτοῦ συνθεὶς [τε] καὶ [11] διδάξας πάνυ πολλὰ ἀδιόριστα, καὶ ἀσαφῆ κατέλιπε [12] κατά τε γένη, καὶ εἴδη, καὶ διαφοράς. ἀκολούθως δὲ [13] τούτοις ἐπιγενόμενος ὁ Μάγνος, ἰατρὸς μὲν τῷ λόγῳ, ἄπειρος δὲ τῷ πράγματι, μεταχειρισάμενος καὶ αὐτὸς τὴν περὶ αὐτῶν τέχνην, καὶ κατὰ διαίρεσιν ἀρξάμενος, τάς τε διαφορὰς αὐτῶν καὶ τὰ εἴδη [14] συγγράψαι, καὶ διαγνωστικὰ σημαντικὰ τὰ ἐξ αὐτῶν γενόμενα, ἢ μέλλοντα [15] γίνεσθαι πολλὰ παραλιπὼν, ἀτελῆ καὶ αὐτὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο, ὡς πολλὰ ζητεῖσθαι παρὰ τῶν μετέπειτα [16] γενομένων ἰατρῶν, [17] καὶ μὴ δυναμένων τὴν λύσιν εὑρεῖν, ἀναγκάζονται ζητεῖν ἑτέραν διδασκαλίαν, καὶ μὴ μάτην ἐκ τῶν διδαχθέντων τηρεῖν καὶ στοχάζεσθαι τὰ ἐξ [18] αὐτῶν τῶν φαινομένων ἀφανῆ πράγματά τε καὶ διανοήματα· ἡ γὰρ τῶν οὔρων ἐπιτήδειος θεωρία φανερὰ [19] γιγνομένη, τοὺς ἀφανεῖς πάσχοντας τόπους διαγινώσκει πῶς τε διάκεινται καὶ κατὰ ποίαν κρᾶσιν αὐτῶν ἕκαστος [πάσχει] ἢ κατὰ φύσιν διάκειται, ἢ οὐ κατὰ φύσιν ἐξεστηκὼς, παρὰ φύσιν διετέθη. Τῆς γὰρ [20] αἱματοποιητικῆς δυνάμεως κατὰ τὸ ἴδιον ἔργον ἐκλασάσης ἄγγελος ἀψευδὴς ἡ τῶν οὔρων ἀκριβὴς θεωρία

πέφυ-

10 γρ. δὲ. 11 γρ. δ. περὶ οὔρων π. 12 γρ. καὶ τὰ γ. 13 γρ. τούτῳ γενόμενος Μάγνος. 14 γρ. συνέγραψε. 15 γρ. γενέσθαι. 16 γρ. γινομένων. 17 γρ. καὶ μηδαμοῦ τὴν λύσιν δυναμένων εὑρεῖν ἀναγκάζεσθαι τηρεῖν κτ. δ. 18 γρ. α. γινόμενα ἀφ. 19 γρ. γινομένη. 20 γρ. αἱματικῆς δ. τοῦ ἥπατος.

Primùm ergò aggrediamur ſedimenti optimi præparationem. Optimum duco juxta ſapientiſſimi Hippocratis mentem hanc exponere, cui nec additionem nec detractionem ullam faciemus. Appoſitio enim & ſublatio ſecundum naturam minime ſunt. Eſt quidem ſapientiſſimi Hippocratis de Urina quæ ſecundum naturam eſt, effatum tale: „Urina optima eſt, quando ſedimentum album „fuerit læve, & æquale omni tempore. Hic vir & ſapiens & breviloquus exiſtens ex contento definitionem contexuit, præteriens ſubſtantiam & colorem, quaſi magis particularia. Nos autem quod omiſſum eſt ſuppleamus, & definitionem omnibus numeris abſolutam tradamus, ut omnes quotquot huic ſcripto appropinquaverint nullo modo triſtes dimittantur. Plurimorum ſiquidem mentes perturbantur definitione manca audita, adeo ut expoſitorem viva voce diſcipulis recitantem, pro inſipiente habeant.

Eſt itaque perfecta definitio iſtius quæ ſecundum naturam eſt urinæ hujuſmodi: Lotium optimum eſt, quando ſedimentum album fuerit, & læve, & æquale omni tempore, conſiſtentia mediocre, colore aureum, aut ſubaureum, flavedinis etiam alicujus particeps.

ὁ ὁρισμὸς οὗτος ἐσήμανε θεωρεῖσθαι ἐν τῷ οὔρῳ ταῦτα τὰ τέσσαρα, ἢ ὡς τὴν Ὑπόστασιν, καὶ τὸ χρῶμα, τὴν σύστασιν καὶ τὸν χρόνον, εἴπωμεν ἕκαστον αὐτῶν ὁποῖον δεῖ εἶναι.

Ἡ μὲν οὖν κατὰ φύσιν Ὑπόστασις ἵνα ἔχῃ τὸ λευκὸν χρῶμα, καὶ τὸν κάτω τόπον, καὶ ἵνα εἴη λεία (ἢ ὡς συνεχὴς καὶ ἀδιάσπαστος) καὶ ὁμαλὴ εἰς πολλὰς ἡμέρας τοιαύτη διαμένουσα (τοῦτο γάρ ἐστιν ὁμαλὸν τὸ ἐν χρόνῳ τηρούμενον.) Ὅσα μὲν οὖν ἐν τοῖς τέτρασι τούτοις τῶν κατὰ φύσιν παρυφισταμένων ἐκτρέπονται, εἴτε ἕν, εἴτε δύο, τὸ τοιοῦτον παρυφιστάμενον οὐ κατὰ φύσιν.

## ΚΕΦ. ΙΑ΄.

### Περὶ τῶν τεσσάρων τῶν κατὰ φύσιν παρυφισταμένων γνωρισμάτων ἐκτρεπομένων.

ΩΣΠΕΡ τὴν σύνθεσιν ἀνωτέρω περὶ συστάσεων καὶ χρωμάτων ἐποιήσαμεν, οὕτω καὶ νῦν πάντων μετὰ Ὑποστάσεως συνθέντες, τῶν ἑξῆς ἐχώμεθα.

Τρέψωμεν δὴ ἐκ τῶν τηρουμένων τεσσάρων τῇ Ὑποστάσει τὸ πάντων ἔσχατον, ὅπερ ἐστὶν Ὁμαλόν, καὶ τριῶν κατὰ φύσιν μενόντων ἀνώμαλον ἔσω τὸ τέταρτον. Τὸ τοιοῦτον ἀσθένειαν δυνάμεως σημαίνει· οὐ

γὰ

ceps. Et quandoquidem definitio illa ſignificaverit hæc quatuor in urina conſiderari poſſe, ſedimentum viz. & colorem, conſiſtentiam & tempus, de ſingulis horum cujuſmodi debet eſſe dicamus.

Requiritur autem ad ſedimenti naturalis conſtitutionem, ut album ſit læve (i.e. continuum & indivulſum) & æquale, per dies compluſculos idem permanens (hoc enim eſt æquale in tempore obſervatum.) Quæcunque igitur in his quatuor contenti naturalis (requiſitis) convertuntur, ſive unum ſit, ſive duo, hoc contentum ſecundum naturam non eſt.

## Cap. XI.

*De IV contenti optimi proprietatibus converſis.*

Qvemadmodvm vero ſubſtantiarum & colorum compoſitionem ſuperius inſtituimus, ita & nunc omnia cum ſedimento componentes, quod reliquum eſt aggrediamur.

Convertamus itaque ex iſtis quatuor in hypoſtaſi obſervatis omnium ultimum, quod eſt Æquale, & tribus ſecundum naturam manentibus inæquale ſit quartum. Hujuſmodi facultatis imbecillitatem indicat. Non enim

γὰρ ἴσχυσε πάντα πέψαι ἡ φύσις, ἀλλ᾽ ἀπολείπεται τὸ ἓν ἄπεπτον, τῷ πάσαις ταῖς ἡμέραις μὴ εἶναι τὴν πέψιν ἴσην, ἀλλὰ ποτὲ μὲν πεπεμμένον τὸ παρυφιστάμενον, ποτὲ δὲ ἄπεπτον.

Πάλιν οὖν τρέψωμεν καὶ τὸ λεῖον, ὡς εἶναι τὰ ἐκτετραμμένα δύο, ἢ ὡς μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν λείαν, μηδὲ ὁμαλήν. Τοῦτο δὲ προτέρου ἀπεπτότερον, ὡς ἀπολειπόμενον κατὰ πέψιν δύο· οὐ μόνον γὰρ τὸ ὁμαλὸν ἀπεβάλετο, ἀλλὰ καὶ τὸ λεῖον, ὡς μὴ εἶναι συνεχές, ἀλλὰ διακεκομμένον. Διακόπτει γὰρ τὸ λεῖον τῆς ὑποστάσεως πνεῦμα παρεμπεσὸν παχὺ καὶ μὴ ἐῶν αὐτὸν εἶναι συνεχῆ. Διὰ ταύτας οὖν τὰς αἰτίας τὸ ἀπολειπόμενον παρυφιστάμενον τῶν δύο, ἀπεπτότερον δὲ εἶναι τυγχάνει.

Τρέψωμεν οὖν δὴ τὸ κατ᾽ ἀρχὰς ὁμολογούμενον, καὶ ἔστω τὸ παρυφιστάμενον οὐ λεῖον, ἀλλὰ διεσπασμένον, Ὁμαλὸν δέ. Τὸ τοιοῦτον κακόν, διὰ τὸ πολὺ εἶναι πνεῦμα, καὶ μὴ δυνάμενον ὑπὸ τῆς φύσεως διαφορηθῆναι, καὶ πεφθῆναι.

Πάλιν δ᾽ ἔστω τὸ οὖρον οὐ λεῖον καὶ ἀνώμαλον. Τοῦτο δὲ προτέρου κρεῖττον. Οὐ γὰρ διηνεκῶς διέσπασται τὸ οὖρον, ὥσπερ μετὰ δὲ Ὁμαλοῦ· ἀλλὰ ποτὲ μὲν διέσπασται, ποτὲ δὲ οὔ, καὶ διὰ τοῦτο δηλοῖ ἔλασσον εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ διασπῶν τὴν συνέχειαν. Τοῦτο δὲ δείξωμεν ἐπὶ παραδείγματος δὲ διαλείποντος σφυγμοῦ· Εἰ γὰρ ὁ διαλείπων σφυγμὸς ἕως πολλῶν ἡμερῶν ὁ αὐ-

τὸς

enim potis erat natura omnia digerere, ſed unum reliquit inconcoctum, eo quod concoctio æqualis perpetua non ſit, ſed interdum coctum eſt contentum, interdum vero crudum.

Rurſus igitur convertamus & læve, ut ſint converſa duo, ſcil. ut nec ſit hypoſtaſis lævis, nec æqualis. Hoc priori minus digeſtum eſt, utpote deficientibus ſecundum coctionem duobus. Non enim æquale ſolum amiſit, ſed & læve, ita ut continuum non exiſtat, ſed diſcretum. Solvit enim ſedimenti continuum ſpiritus incidens craſſus continuitatem ejus impediens. Ob has igitur cauſas ſedimen duobus deficiens, crudius eſt illo, quod uno tantum deficit.

Convertamus autem in principio conceſſum, & eſto contentum non læve, ſed divulſum, Æquale vero. Tale malum, quòd ſpiritus abundet, qui à natura diſcuti nequit, & coqui.

Rurſum autem eſto urina non lævis & inæqualis. Hæc priori melior. Non enim continuo devellitur urina, ut in continuâ, ſed interdum quidem divellitur, interdum vero non, & ideo mediocrem ſpiritum continuitatem diſtrahentem indicat. Oſtendamus autem hoc intermittentis pulſus exemplo. Si enim pulſus intermittens ad plures dies idem per-

τοὺς διαμένει, μεῖζον κακόν ἐστιν ἤπερ τὸ καθ' ἑκάστην ἐναλλάττεσθαι (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀνώμαλον) οὕτως ἂν καὶ τὸ διεσπασμένον ἀνώμαλον κρεῖττον τοῦ διεσπασμένου ὁμαλοῦ, ὅπερ καὶ θάμβος ἐστὶ τοῖς ἀκούουσι. Καὶ περὶ μὲν ταύτης τῆς συμπλοκῆς ἀρκεῖ τοσαῦτα.

## ΚΕΦ. ΙΒ'.

### Περὶ Ἐναιωρήματος.

ΠΑΛΙΝ οὖν ἔσω τὸ παρυφιστάμενον λευκὸν μὲν, ἐναλλαττέσθω δὲ τῷ τόπῳ, ὡς εἶναι ἐν τῷ μέσῳ, ὅπερ καλεῖται Ἐναιώρημα, ἀπὸ τοῦ αἰωρεῖσθαι, ὅ ἐστι κρέμασθαι. Ἔστι δὲ Λεῖον καὶ Ὁμαλόν· τοῦτο μέσως ἄπεπτον· Οὐ γὰρ ἰσχύει ἡ φύσις πέψαι, ἵνα τὸν κάτω τόπον καταλάβοι (τοῦτο γάρ ἐστι πεπεμμένον) ἀλλὰ περιουσίᾳ τινὸς πνεύματος παρεμπεσόντος ἐκούφισεν αὐτὸ περὶ τὴν μέσην χώραν.

## ΚΕΦ. ΙΓ'.

### Περὶ τῆς Νεφέλης, καὶ τῶν σημαινομένων αὐτῆς.

ΕΙ δὲ πολὺ τὸ πνεῦμα ἡνώθη τὸ παρυφιστάμενον, καὶ ὑπὸ τὴν μέσην χώραν φαίνεται καταλαμβάνον τὴν ἄνω ἐπιφάνειαν, καλεῖται Νεφέλη, ἥτις καὶ τὸν ἄνω τόπον κατέλαβεν. Λευκὴ οὖσα ἐν πυρετοῖς ἀφροὺς ἔχουσα πονηρὰ τὰ πολλά. Χολώδεις γὰρ χυ-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 126 sur 291

permanſerit, majus malum eſt quam ſi quotidie permutetur (hoc enim eſt æquale) pari idcircò ratione divulſa inæqualis bonitate ſuperat divulſam æqualem, ad quod auditores ſtupent. Et quidem de hac complexione hæc ſufficiant.

## CAP. XII.

### *De Enæoremate.*

RVRSVM igitur ſit contentum album quidem, locum autem mutet, ut ſit in medio, quod vocatur Enæorema, ab αἰωρεῖσθαι, quod eſt pendere. Hoc ſi læve ſit & æquale, mediocriter coctum eſt. Non enim valuit natura digerere, ut locum infimum occuparet (hoc enim coctum eſt) ſed flatus cujuſdam incidentis copia ad mediam regionem illud evexit.

## CAP. XIII.

### *De Nube, & ejus ſignificationibus.*

SIN autem flatus plurimus elevaverit contentum, & ſupra mediam regionem apparet ſuperficiem ſuperiorem occupans, nuncupatur Nubes, quæ & locum ſuperiorem poſſidet. (Hæc) in febribus candida & ſpumoſa, ut plurimùm mala. Humores enim bilio-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 127 sur 291

χυμοὺς σημαίνει. Καὶ ἄλλως ἐν πυρετῷ συνεχεῖ λευκὸν οὖρον νεφέλης ἐπάφρους ἔχον πονηρὸν τὰ πολλά· δηλοῖ γὰρ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον ὀδυνᾶσθαι. Ἐὰν δὲ ἐν πυρετοῖς [1] καυσώδεσι μέλαινας νεφέλας ἔχῃ, εἰς τεταρταῖον μεθίσταται.

Εἰ δὲ οὐδ᾽ ὅλως εἴη τὸ πνεῦμα, τὸν κάτω καταλαμβάνει τόπον ἡ δὴ τελεία πέψις, ὅπερ ἐστὶν ἡ κατὰ φύσιν Ὑπόστασις. Ὥστε ὅσα περὶ [2] Ἐναιωρήματος εἴρηται, τοσαῦτα καὶ περὶ [3] Ὑποστάσεως εἰρῆσθαι [4] νομίζω. Τὰ τοιαῦτα γὰρ εἰρήκαμεν τῇ θέσει μόνον διαλλάττοντα, ὥστε δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ τόπου πλέον οὐδὲν ἄλλο μανθάνομεν ἢ μέτρα τῶν δηλουμένων. Ἐναλλάττεσθαι οὖν τὸ λευκὸν χρῶμα ἐκ τῆς Ὑποστάσεως, καὶ ἔσω μέλαν· Τὸ τοιοῦτον κακὸν, ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐν τῇ νεφέλῃ τὸ μέλαν εἴη, ἀμυδρὸν τὸ κακόν· εἰ δ᾽ ἐν τῷ Ἐναιωρήματι, μεῖζον τὸ κακόν· εἰ δ᾽ ἐν τῇ Ὑποστάσει, τέλειον τὸ κακόν. Ὡσαύτως δὴ καὶ ἐν τῷ λευκῷ. Εἰ γὰρ καὶ λεῖον καὶ ὁμαλὸν τὸ παρυφιστάμενον, ἀγαθόν· εἰ δὲ νεφέλη, ἀμυδρὸν ἀγαθόν· εἰ δὲ Ἐναιρώρημα, [5] μεῖζον ἀγαθόν· εἰ δὲ Ὑπόστασις, ἄριστον. Καὶ περὶ μὲν τῶν τριῶν θέσεων ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

1 ἴσ. πλανώδεσι. Vide Not: 2 ἴσ. Ὑποστάσεως. 3 ἴσ. Ἐναιωρήματος. 4 ἴσ. νόμιζε. 5 ἴσ. μετρίως.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 128 sur 291

bilioſos ſignificat. Et aliter; In febre continua urina candida cum ſpumis ſupernatantibus, maximâ ex parte, mala; dextrum ſiquidem hypochondrium dolere oſtendit. Sin vero in febribus ardentibus nigras nubes habeat, in quartanam tranſit.

Si autem flatus omnino non adfuerit, imum locum tenet perfecta concoctio, & fit ſecundum naturam hypoſtaſis. Quæcunque igitur de Hypoſtaſi dicta ſunt, eadem de Enæoremate & Nube dicta reputato. Situ enim hæc ſolummodo differre monuimus, adeo ut ex loco nihil amplius colligamus, quam ſignificatorum menſuras. Pèrmutetur igitur color albus contenti, & in nigrum tranſeat, tale malum; at ſi Nubes nigra fuerit, minus malum: ſi autem enæorema nigrum, majus malum: ſi ſedimentum nigrum, peſſimum. Similiter & in Albo. Si enim album continuum & æquale ſit contentum, bonum; ſi vero nubes, minus bonum; Sin enæorema, magis (aut mediocriter) bonum: Si hypoſtaſis, optimum. Et de trium quidem poſitione quæ dicta ſunt ſufficiant.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 129 sur 291

## ΚΕΦ. ΙΔ΄.

### Περὶ τῶν χρωμάτων τοῦ παρυφισταμένου, καὶ τί σημαίνουσι.

Ἐπεὶ δὲ εἰρήκαμεν περὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς συστάσεως, καὶ τοῦ τόπου, τὸ λοιπὸν προσθήσομεν περὶ τοῦ χρώματος. Ἢν δὲ τὸ κατὰ φύσιν τοῦ παρυφισταμένου λευκόν, τοῦτο δὲ μὴ ἔσω λευκόν, ἀλλὰ μέλαν, ἢ πελιδνόν, ἢ ὠχρόν, ἢ ὑπέρυθρον, ἢ ἐρυθρόν.

Τὸ μὲν οὖν Ὑπέρυθρον ἀπὸ ἰχωροειδοῦς αἵματος γίνεται, ὥσπερ ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ σημαίνει ἀπεψίαν, οὐ θάνατον· Τὸ δὲ Ἐρυθρὸν γενόμενον ἀπὸ εἰλικρινοῦς αἵματος σημαίνει πέψιν, καὶ εἰ μείνῃ σύμμετρον, μήτε πλεονασμὸν ἔχον μήτε ἔνδειαν, ἀκινδυνώτατον. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲ τὸ Ὑπέρυθρον ἐπάγει κίνδυνον, τὸ τῆς ὕλης οἰκεῖον ἐνδείκνυται. Τὸ δὲ οἰκεῖον τῆς ὕλης τοῦ ἰχωροειδοῦς αἵματος πλησίον ὂν τοῦ αἵματος, κίνδυνον οὐκ ἐπάγει· ὅτι δὲ ἀπεψίαν σημαίνει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρόνον ἐκ τοῦδε φανερόν. Τῶν χυμῶν οἱ μὲν πρὸ τοῦ αἵματος γίνονται ὡς τὸ φλέγμα καὶ ὁ ἰχώρ· οἱ δὲ μετὰ τοῦ αἵματος, ὡς ἡ ξανθὴ χολή, καὶ ὁ μέλας χυμός· τὸ δὲ εἰλικρινὲς αἷμα ἐν τῷ μέσῳ ἀμφοτέρων ἐστίν. Ὅταν οὖν Ὑπέρυθρον τὸ οὖρον φανῇ, σημαίνει ἀπὸ ἰχῶρος ἔχειν τὸ χρῶμα· ὁ δὲ ἰχὼρ πρὸ τοῦ αἵματος

καὶ

## Cap. XIV.

### *De Contenti Coloribus, & quid ſignificant.*

Qvoniam vero de Tempore, Conſiſtentia, & Loco diſſeruimus, reliquum eſt ut apponamus de Colore. Erat autem Contentorum (color) naturalis Albus; Contentum vero album non ſit, ſed nigrum, aut lividum, aut pallidum, aut ſubrubrum, aut rubrum.

Subrubrum quidem à diluto ſanguine proficiſcitur, ut ſupra dictum eſt, & cruditatem denotat, non mortem. Rubrum autem à ſincero ſanguine ortum coctionem ſignificat, & ſi moderatum fuerit, neque abundans, neque deficiens, tutiſſimum eſt. Quod vero neque ſubrubrum periculum indicat, materiæ indoles oſtendit. Diluti enim ſanguinis natura quùm proxime accedat ad iſtam ſanguinis (puri) periculo vacat. Quod vero cruditatem ſignificet & ex conſequenti Tempus, hinc apparet. Humorum quidam ante ſanguinem fiunt, ut phlegma, & ichor; quidam vero poſt ſanguinem, ut flava bilis & melancholicus ſuccus: ſanguis autem purus in utrorumque medio conſiſtit. Quandocunque igitur urina ſubrubra apparuerit, colorem à diluto ſanguine obtigiſſe ſignificat, cumque ſanguis dilutus ante ſanguinem (pu-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 131 sur 291

καὶ διὰ τοῦτο ἀπεψίαν σημαίνει· οὐ γὰρ πλείαν ἐπέθηκεν ἡ φύσις πρὸς τὴν πέψιν τοῦ ἰχωροειδοῦς αἵματος τῷ ἰχῶρι τὴν βαφήν· φανερὸν οὖν ὅτι οὐδέπω ἐπέφθη· χρήζει οὖν χρόνου ἡ φύσις. Τὸ δὲ παρυφιστάμενον Ἐρυθρὸν καὶ κρίσιν ἐσομένην ἐν ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ δηλοῖ. Ἐὰν γὰρ τῇ τετάρτῃ ἐπινέφελον ἔχῃ τὸ οὖρον ἐρυθρὸν καὶ τἄλλα τῆς πέψεως, σημαίνει[1] τῇ ἑβδόμῃ δηλονότι τὸ νόσημα κριθήσεται. Τί μὲν οὖν σημαίνει τὸ Ὑπέρυθρον καὶ τὸ Ἐρυθρὸν, εἴρηται.

Τί δηλοῖ τὸ Πελιδνὸν παρυφιστάμενον; ψύξιν καὶ νέκρωσιν ἐμφαίνει τῆς δυνάμεως. Ἔστι δὲ εἰπεῖν καὶ ἄλλως. Ἐν γὰρ ὀξέσι πυρετοῖς οὖρον [2] πελιδνὸν ὑπόστασιν ἔχον εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, κίνδυνον σημαίνει.

Τί δηλοῖ τὸ χλωρόν; τοῦτο θερμότητα πλείστην, καὶ κακοήθειαν τοῦ σώματος.

Τί δηλοῖ τὸ Ὑπόμελαν οὖρον; τὸ Ὑπόμελαν οὖρον ἀπολείπεται τοῦ ἀκριβοῦς μέλανος οὔρου· Ἐν γὰρ πυρετῷ καυσώδει οὖρα ὑπομέλανα ἐναιωρήματα ἔχοντα μετέωρα, παρακρουστικά. Καὶ αἱμορραγίαι τούτοις ὡς τὰ πολλὰ ἐπιγίνονται, καὶ κρίσις σὺν ῥίγει μεθ' ἱδρῶτος.

Τί δηλοῖ τὸ Μέλαν; τὸ Μέλαν ποτὲ μὲν ἐνδείκνυται ψύξιν, ποτὲ δὲ θερμότητα· διορίσομεν δὲ αὐτὸ οὕτως·

1 ἴσ. π. σημεῖα. 2 ἴσ. πελιδιὰν.

rum) fiat, idcirco ille cruditatem deſignat. Nondum enim ichori tincturam perfectam appoſuit natura, ut ſanguis dilutus coctus ſit. Manifeſtum igitur quod non ſit coctus; quare tempus natura poſtulat. Contentum porro rubrum criſim die VII futuram declarat. Si enim die IV nubeculam habeat urina Rubram, & cætera coctionis ſigna, oſtendit die VII viz. morbum judicatum fore. Quid igitur (contentum) rubrum, & ſubrubrum indicat, dictum.

Quid ſignificat Contentum Lividum? Frigiditatem & virtutis mortificationem declarat. Eſt autem dicere & aliter. In febribus etenim acutis lotium lividum habens ſedimentum in ſequenti ſuperveniente die, periculoſum.

Quid ſignificat Contentum Viride? Hoc calorem plurimum, & malum corporis habitum ſignificat.

Quid ſignificat Lotium Subnigrum? Lotium Subnigrum accurate nigro cedit. In febre ardenti urinæ ſubnigræ Enæoremata habentes excelſa delirium minantur. Sanguinei etiam fluxus iiſdem ut plurimum ſuperveniunt, & Criſis cum horrore, & ſudore.

Quid ſignificat (Contentum) Nigrum? Nigrum aliquando quidem frigiditatem oſtendit; aliquando vero calorem. De illo



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 133 sur 291

οὕτως· εἰ μὲν προηγήσατο τὸ πελιδνὸν, εἶθ' οὕτως ἐγένετο τὸ μέλαν, ψύξιν ἔχει τὴν πρόφασιν· εἰ δὲ τὸ χλωρὸν προεγένετο, ἠκολούθησε δὲ τὸ μέλαν, φανερὸν ὅτι ἀπὸ θερμότητος ἐγένετο.

## ΚΕΦ. ΙΕ'.

### Ὅτι οὐ πᾶσα ὑπόστασις λευκὴ, ἀγαθόν τι σημαίνει.

ΕΠΕΙ δὲ τὸ λευκὸν χρῶμα τῆς ἀγαθῆς ὑποστάσεως πεπίστευται εἶναι σημεῖον, εἰδέναι χρὴ, ὅτι τὸ λευκὸν χρῶμα πολλάκις ἀπατᾷ ὡς ὑπόστασις [1] οὐκ οὖσα· τοιοῦτος γὰρ ὁ ὠμὸς χυμὸς ἐν τῷ ὑφίστασθαι φαίνεται· ἀλλὰ καὶ τὸ Πῦον λευκὸν ὂν ἀπατᾷ τὸν τεχνίτην ὡς ὑπόστασις ἀγαθὴ, ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῇ ὀσμῇ διορίζεται· δυσῶδες γάρ ἐστιν· ἀλλὰ καὶ τῶν νεφρῶν ἑλκωθέντων, ἢ τῆς κύστεως, ἢ τοῦ ἥπατος, ἢ ἄλλου τινὸς μορίου τοῦ δι' οὔρων ἐκκενουμένου τὸ πῦον ἐκκρίνεται καθὼς φησὶν Ἱπποκράτης· „ Ἢν αἷμα καὶ πῦον οὐ-
„ ρέῃ, ἢ τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει. Καὶ
„ πάλιν· Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρᾳ φύματα ἐκφύεται,
„ τούτοις διαπυησάντων καὶ ἐκραγέντων λύσις· δηλονότι τοῦ πύου διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐκκενουμένου.

Ὁ'

1 ἴσ. ὑπ. χρηστή.

autem ita determinabimus; Si quidem Lividum præceſſerit, deinde factum eſt Nigrum, evidentem cauſam habet frigiditatem: Sin vero Viride præiverit, ſubſequatur autem Nigrum, palam eſt quod à calore ortum ſit.

## Cap. XV.

*Quod omne ſedimentum album bonum ſemper non ſignificet.*

Quandoqvidem vero albus color ſedimenti laudabilis ſignum eſſe creditur, ſcitu neceſſarium eſt colorem album non raro fallere, ac ſi hypoſtaſis eſſet, cum tamen non ſit. Iſtiuſmodi enim ſuccus crudus in fundo apparet. Nec ſuccus crudus tantum; ſed & pus album decipit Artificem, quaſi ſedimentum bonum exiſteret. Hoc autem odore diſcernitur: fætidum enim eſt; ſed & renibus ulceratis, aut veſica, aut jecinore, aut alia particula aliqua per urinas evacuari ſolita, pus excernitur, quemadmodum inquit Hippocrates: „Si ſanguinem mingat aut pus, Renum aut Veſicæ „ulcerationem ſignificat. Et rurſus: Quibuſcunque in Urinaria fiſtula phymata naſcuntur, illis ſi ſuppurentur, & expurgentur, ſolutio, pure viz. per eandem viam

Ὁ δὲ ὠμὸς χυμὸς τῇ ἀνωμάλῳ συστάσει διορίζεται τοῦ παρυφισταμένου· οὐ γάρ ἐστι συνεχὲς ἑαυτῷ τὸ παρυφιστάμενον τοῦ ὠμοῦ χυμοῦ, ἀλλὰ διαλυόμενον εἰς μικρὰ οἷον ψαμμία. Ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται πρὸς τὸ μὴ πλανᾶσθαι τῷ χρώματι, ἀλλὰ [1] διορίζει τὴν ὑπόστασιν ἀπὸ τοῦ πύου καὶ ὠμοῦ χυμοῦ. Εἰ γὰρ αἷμα καὶ πύον οὐρῇ, καὶ λεπίδας, καὶ ὀσμὴ βαρεῖα ἦ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστεως, ἕλκωσιν σημαίνει.[2] Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήκαμεν πρὸς τὸ μὴ πλανᾶσθαι τῇ θεωρίᾳ τοῦ παρυφισταμένου ἀπὸ πύου καὶ ὠμοῦ χυμοῦ.

1 ἴσ. διορίζειν. 2 Vid. Not.

## ΚΕΦ. Ιϛʹ.

### Περὶ Ὑποστάσεως, Ἐναιωρήματος, καὶ Νεφέλης, διαγραμμάτων.

Τέσσαρα μὲν τοῦ παρυφισταμένου [1] ζητοῦμεν, χρῶμα καὶ τόπον, [2] σημεῖά τε καὶ χρόνον· λοιπὸν ταῦτα καὶ κατὰ [3] μέρος τέσσαρα δηλώσομεν [4] διὰ γραμμάτων. Λευκὴ Ὑπόστασις Λεία, καὶ Ὁμαλή· Λευκὴ Ὑπόστασις Λεία, Ἀνώμαλος· Λευκὴ Ὑπόστασις οὐ Λεία, Ὁμαλή. Λευκὴ Ὑπόστασις οὐ Λεία Ἀνώμαλος. Καὶ αὗται αἱ τέσσαρες τοῦ παρυφισταμένου εἰσὶ διαγράμματος διαφοραί.

Ἐπειδὴ δὲ τὸ παρυφιστάμενον τρεῖς εἴπομεν τόπους ἔχειν, καθὼς καὶ τὸ φαινόμενον δηλοῖ (ἢ γὰρ τὸν κάτω

τόπον

1 ἴσ. ἐζητ. 2 ἴσ. σύστασιν. 3 ἴσ. μέρη. 4 ἴσ. ἐπὶ διαγραμμάτων.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 136 sur 291

evacuato. Crudus vero humor inæquali ſua ſubſtantia diſtinguitur à contento laudabili: Contentum enim crudi humoris non eſt continuum, ſed diſſolutum in minimas quaſi arenulas. Hæc quidem dicta ſunt, ut non decipiatur colore, ſed diſcernat ſedimentum à pure, & crudo humore. Si enim ſanguinem & pus mingat, & ſquamas, cum odore gravi, aut renum, aut veſicæ ulcerationem ſignificat. Hæc autem diximus, ne deceptio fiat ab inſpectione Contenti à pure, aut crudo humore.

## Cap. XVI.

### *De Sedimenti, Enæorematis & Nubis Diagrammatibus.*

Qvatvor quidem ſediminis [requiſita] expoſuimus, colorem, & locum, ſubſtantiam, & tempus; reliquum eſt ut hoc ſecundum quatuor partes explicemus per diagrammata. Alba hypoſtaſis, Lævis & Æqualis. Alba hypoſtaſis, Lævis & Inæqualis. Alba hypoſtaſis non Lævis, Æqualis. Alba hypoſtaſis non Lævis Inæqualis. Hæc ſunt quatuor ſedimenti differentiæ in diagrammate.

Quemadmodum vero ſedimentum diximus locum triplicem tenere, ſicut & apparens

τόπον ἔχει, καὶ Ὑπόστασις ὀνομάζεται, ἢ τὸν μέσον, καὶ Ἐναιώρημα λέγεται, ἢ τὸν ἄνω καὶ Νεφέλη καλεῖται) καὶ τὰς αἰτίας πάντων δι' ἃς τοῦτον αὐτοὺς κατέλαβε τόπους, καὶ τὰ σημαινόμενα αὐτῶν εἰρήκαμεν, καὶ ἐπὶ διαγράμματος τὰς τὸν κάτω τόπον καταλαβούσης ὑποστάσεως [5] διαφορὰς ἐξεθέμεθα· Οὕτω καὶ περὶ τὴν τὸν μέσον τόπον καταλαβοῦσαν ὑπόστασιν ἣ καὶ Ἐναιώρημα καλεῖται, ποιήσομεν, καὶ [6] αὐτὰς τὰς διαφορὰς ἐπὶ διαγραμμάτων ἐκθήσομεν οὕτως. Λευκὸν Ἐναιώρημα, Λεῖον, Ὁμαλόν, Λευκὸν Ἐναιώρημα Λεῖον Ἀνώμαλον. Λευκὸν Ἐναιώρημα οὐ Λεῖον Ἀνώμαλον. Λευκὸν Ἐναιώρημα οὐ Λεῖον Ὁμαλόν. Αὗται δὲ τοῦ Ἐναιωρήματος διαφοραί, ἃς ἐπὶ διαγράμματος ἐξεθέμεθα· προϊὼν δὲ ὁ λόγος διδάξει τὰ σημαινόμενα μιᾶς ἑκάστης διαφορᾶς.

Κατὰ δὲ τὸ παρὸν ἐκθήσομεν καὶ τὴν τρίτην διαφορὰν, τὴν τὸν ἄνω τόπον τοῦ οὔρου καταλαβοῦσαν, ἥτις καὶ Νεφέλη ὀνομάζεται, καὶ ταύτης οὖν τὰς διαφορὰς ἐπὶ διαγράμματος ἐκθήσομεν δὲ τί σημαίνουσι προϊόντος τοῦ λόγου διδάξομεν, καὶ τὰ σημαινόμενα αὐτῆς οὐ παραλείψομεν. Ἔστιν οὖν καὶ αὐτῆς τὸ διάγραμμα οὕτως. Λευκὴ Νεφέλη Λεία, Ὁμαλή· Λευκὴ Νεφέλη, Λεία, Ἀνώμαλος· Λευκὴ Νεφέλη, οὐ Λεία, Ἀνώμαλος· Λευκὴ Νεφέλη, οὐ Λεία, Ὁμαλή.

5 Vid. Not. 6 ἴσ. αὐτῆς.

ΚΕΦ.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 138 sur 291

(ratio) manifeſtat (Etenim vel infimum locum occupat & vocatur hypoſtaſis; vel medium, & Enæorema dicitur; vel ſupremum & Nubes audit.) Et cauſas omnium ob quas locos ipſos obtinuerunt eorumque ſignificata, tradidimus, & in deſcriptione ejus quæ inferiorem locum tenet hypoſtaſis differentias expoſuimus: ad eundem modum & circa contentum medium, quod Enæorema vocatur, procedamus & ejuſdem differentias in diagrammate exponamus, hoc modo: Album Enæorema Continuum Æquale: Album Enæorema, Continuum, Inæquale. Album Enæorema non Continuum, Inæquale: Album Enæorema non Continuum, Æquale: & hæ ſunt Enæorematis differentiæ, quas in deſcriptione expoſuimus. Quid vero unaquæque differentia ſignificet procedens ſermo docebit.

Impræſentiarum autem & Tertiam contenti differentiam exponemus, ſupremum Urinæ locum capeſſentem, quæ & Nubes appellatur, & hujus igitur differentias in Diagrammate exponamus, & quid ſignificant procedente ſermone docebimus, & hujus ſignificata minime prætermittemus. Ita igitur ſe habet & ejuſdem Deſcriptio: Alba nubes, Continua, Æqualis. Alba nubes, Continua, Inæqualis. Alba nubes non Continua, Inæqualis. Alba nubes non Continua, Æqualis.

Cap.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 139 sur 291

## ΚΕΦ. ΙΖʹ.

### Περὶ τῶν Οὔρων Ἐλαιωδῶν.

ΚΑΙ ἐπὶ μὲν τῶν συμπλοκῶν τῶν διαφορῶν τῶν τριῶν Ὑποστάσεων εἰρήκαμεν ἀνελλιπῶς καὶ ἐπὶ διαγράμματος ἐξεθέμεθα. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐκ τριῶν συνίσταται, ἐκ πνευμάτων, καὶ ὑγρῶν καὶ στερεῶν μορίων, τὰ δὲ ὑγρὰ τὸ σῶμα συνιστώντων ἐξεθέμεθα· εἴπωμεν οὖν ἀρτίως τὰ ἐξ αὐτῶν τῶν στερεῶν τοῦ σώματος μορίων ἐξουρούμενα, ἵνα τελεία καὶ ἀνελλιπὴς ἡ περὶ τῶν οὔρων διδασκαλία γένηται.

Καὶ γὰρ καὶ αὐτῶν τῶν στερεῶν μορίων μαλακώτερά τινά εἰσι, καὶ [1] τηκομένων εἰς ἐλαίου σύστασιν, ἢ ἄλλην τινὰ ἰδέαν ἐξομοιοῦται. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ πιμελὴ καὶ ἡ σὰρξ μαλακώτερα τῶν στερεῶν εἰσὶ, καὶ ὑγρότερα, πρῶτον μὲν ἀναλύει ὁ πυρετὸς τὴν πιμελὴν, ὡς πάντων στερεῶν εὐδιάλυτον οὖσαν· αὖθις δὲ τὴν σάρκα. Τῆς μὲν οὖν πιμελῆς τηκομένης, εἰς ἐλαίου σύστασιν μεταβάλλει ἡ θερμασία, καὶ ἐπειδὴ αὐτὴ οὐκ ἀθρόως ἀναλύεται, ἀλλὰ ἔχει τινὰ ἀρχὴν τῆς συντήξεως καὶ ἀνάβασιν, καὶ ἀκμὴν, ἴδωμεν καὶ τῶν καιρῶν αὐτῆς τὴν διάγνωσιν.

Τῆς ἀρχῆς μὲν τῶν Ἐλαιωδῶν οὔρων τὰ Ἐλαιόχροα· τῆς δὲ αὐξήσεως, τὰ Ἐλαιοφανῆ· τῆς δὲ ἀκμῆς, τὰ Ἐλαιώ-

Ἐλαιώ-

1 ἴσ. τηκόμενα.

## Cap. XVII.

### *De Vrinis Oleaginis.*

Et de Complexionibus quidem differentiarum trium hypoſtaſis diximus nihil prætermittentes, & in deſcriptione expoſuimus. Quoniam autem humanum corpus ex tribus conſtat Spiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, humida vero corpus conſtituentia expoſuimus: nunc ad illa procedamus quæ ex firmis corporis partibus minguntur, ut de Urinis doctrina perfecta, & in nulla re deficiens ſit.

Ipſarum autem partium ſolidarum quædam molliores ſunt, & liquefactæ oleum, aut rem quampiam aliam referunt. Quoniam vero Pinguedo & caro inter firmas partes molliores ſunt & humidiores, febris quidem reſolvit primo pinguedinem (utpote partium omnium firmarum ſolutu facillimam) deinde carnem. Colliquatam igitur pinguedinem in Olei ſubſtantiam tranſmutat calor, & quoniam non confertim diſſolvitur, ſed principium colliquationis habet, & augmentum, & ſtatum, & hujuſce temporum cognitionem inveſtigemus.

Principio quidem oleaginæ Urinæ olei colorem habentes apparent; augmento autem

Ἐλαιώδη. Τὰ μὲν οὖν Ἐλαιόχροα τὰ τὴν ἀρχὴν τῆς συντήξεως δηλοῦντα ὥσπερ ὑδατώδη φαίνεται. Τὰ δὲ Ἐλαιοφανῆ, τὰ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς αὐξήσεως γινόμενα, τὴν μίξιν ἀκριβεστέραν ἔχει τοῦ ἐλαίου πρὸς τὸ οὖρον· τὰ δὲ Ἐλαιώδη, ἃ ἐν τῇ ἀκμῇ γίνονται, ὅλα τὰ οὖρα καὶ ἐν χρώματι, καὶ ἐν συστάσει οἷον Ἔλαιόν εἰσι. Τὸ τοιοῦτον οὖρον ἐν πυρετοῖς ἐλαιῶδες ὑπόμελαν ἐλθὸν, παρακοπὴν σπασμώδη, καὶ θάνατον σημαίνει.

Ἐπεὶ δὲ ἡ πιμελὴ ἡ μὲν καθολικωτέρα ἐστὶ (καὶ πολλὰ γὰρ διέζωσται μόρια) ἡ δὲ κατὰ τοὺς νεφροὺς περιβέβληται, οἷον σκέπον αὐτούς· ταύτης τῆς κατὰ τοὺς νεφροὺς ἀναλυομένης πιμελῆς, καὶ δι' οὔρων ἐξερχομένης, ἀθροωτέρα ἡ ἔξοδος γίνεται ἢ περὶ τῆς ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πιμελῆς, διὰ τὸ τὴν μὲν συνεγγὺς τῶν οὐρητήρων εἶναι, τὴν δὲ πόρρω. Ταῦτα Ἱπποκράτης θεασάμενος γινόμενα ἔγραψεν οὕτως ἐν Ἀφορισμοῖς·
„ Ὁκόσοις λιπαρὴ ἡ [2] ἐπίστασις εἴη καὶ ἀθρόη, τού-
„ τοις νεφριτικὰ σημαίνει· δηλονότι τῆς πιμελῆς τῶν
„ νεφρῶν ἀναλυομένης. Καὶ ἄλλως· Οὖρον ἐν καύ-
„ σῳ λιπαρὴν [3] ὑπόστασιν ἔχον θάνατον σημαίνει.
Ἄνευ δὲ πυρετοῦ γέρουσι τὸ τοιοῦτον γινόμενον παραπληξίαν σημαίνει· Καὶ περὶ μὲν τῶν Ἐλαιωδῶν οὔρων, τῶν ἀπὸ τῆς συντήξεως πιμελῆς γινομένων, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα·

2 ἴσ. ὑπόστασις vid. not. 3 ἴσ. ἐπίστασιν.

ΚΕΦ.

tem ut oleum: ſtatu vero oleaginæ. Urinæ igitur colorem olei habentes quæ colliquationis principium declarant, ſicut aqua ſunt. Quæ ut oleum videntur, augmenti tempore factæ, miſturam perfectiorem habent olei ad urinam: oleaginæ vero in ſtatu redditæ, & in colore & in ſubſtantia, ſicut oleum ſunt. Tale lotium in febribus mictum oleaginum ſubnigrum delirium convulſivum, & mortem ſignificat.

Quoniam vero ex pinguedine quædam univerſalior eſt (per plures enim partes diſſeminatur) quædam Renes ambit, & quaſi operit eos; hæc quæ circa Renes eſt ſolutâ pinguedine, & cum urina exeunte confertim magis exit, quam quæ circa totum corpus eſt pinguedo: eo quod hæc ab Ureteribus remotior, illa vero iiſdem vicinior exiſtat. Hæc prævidens futura Hippocrates ita ſcripſit in
„ Aphoriſmis. Quibuſcunque pingue quid-
„ dam ſupernatans fuerit, & confertim mi-
„ ctum, his renes male affici declarat: liquefa-
„ cta (viz.) Renum pinguedine. Et aliter: U-
„ rina in ardenti febre cum pinguedine ſuper-
„ natante, mortem ſignificat. Sine febre vero tale à ſenibus redditum Paraplexiam ſignificat. Et quidem de Urinis Oleaginis, quæ à pinguedinis colliquatione fiunt, quæ dicta ſunt ſufficiant.

CAP.

## ΚΕΦ. ΙΗ΄.

### Περὶ Ὑποστάσεων Ὀροβοειδῶν.

ΕΠΕΙ τοίνυν προειρήκαμεν, ὅτι καθάπερ τήκεται ἡ πιμελὴ, οὕτω καὶ ἡ σάρξ. καὶ τηκομένης τῆς πιμελῆς ποταπὰ γίνονται ἐξεθέμεθα· εἴπωμεν καὶ τῆς σαρκὸς τηκομένης, ποταπαὶ κατὰ πρῶτον λόγον Ὑποστάσεις γίνονται.

Τηκομένων οὖν τῶν σαρκῶν τῶν τε καθ' ὅλον τὸ σῶμα περιϊουσῶν, καὶ αὐτῶν τῶν νεφρῶν οὐσίας, Ὀροβοειδεῖς γίνονται Ὑποστάσεις. Ταύτην δὲ τὴν προσωνυμίαν ἐκ τῆς τῶν Ὀρόβων ἰδέας ἐκτήσαντο. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τῆς τοῦ ὅλου σώματος σαρκὸς τηκομένης τοιαῦται ἐν οὔροις αἱ Ὑποστάσεις γίνωνται, ὀξὺν δῆλον ὅτι καὶ τὸν πυρετὸν δηλοῦσιν. Εἰ δὲ καὶ τῆς νεφρῶν σαρκὸς, ἀπυρεξίαν [1] δηλονότι, καθὼς φησὶν Ἱπποκράτης· Εἰ τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι, σαρκία σμικρὰ συνεξέρχονται, τούτοις ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. Καὶ περὶ μὲν τῆς πιμελῆς, καὶ τῆς σαρκὸς ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

1 ἴσ. δηλοῖ.

## ΚΕΦ. ΙΘ΄.

### Περὶ Ὑποστάσεων Πεταλωδῶν.

ΕΠΕΙΔΗ οὖν τὰ στερεὰ τοῦ σώματος μόρια ἔχουσιν ἐν αὐτοῖς καὶ βάθος καὶ πλάτος καὶ μῆκος, ὅσα μὲν ἐπιπολῆς διαξέονται ὥσπερ τινὰ πέτα-

λα

## Cap. XVIII.

*De ſedimentis Ervoſis.*

Qvoniam vero diximus ſuperius, quod ſicut pinguedo liqueſcit, ita & caro; & liquefacta pinguedine qualia fiunt expoſuimus: dicamus etiam qualia ſedimenta ex ſoluta carne primò proveniunt.

Carnibus itaque colliquatis quæ totum corpus circumveſtiunt, & quæ renes conſtituit, Ervoſa ſedimenta fiunt. Hanc autem appellationem eo quod erva ſimulent, ſortita ſunt. Et quidem ſi ex carne totius corporis liquefacta iſtiuſmodi ſedimenta in Urinis apparuerint, manifeſtum eſt, quod acutam febrim ſignificent; ſin vero ex Renum carne, febris abſentiam indicant; prout inquit Hippocra-,, tes: Si cum urina craſſa Carunculæ par-,, væ [aut veluti capilli] exeunt, à Reni-,, bus excernuntur. Et de pinguedine quidem & carne ſufficienter diximus.

## Cap. XIX.

*De Sedimentis Lamineis.*

Qvandoqvidem vero partes corporis ſolidæ in ſeipſis complectantur & longitudinem & latitudinem & profunditatem, quæcunque ſuperficie abraduntur qua-

λα ἐν τοῖς οὔροις φαινόμενα, τῆς κύστεως τὰ τοιαῦτα δηλωτικά. Τὴν προσωνυμίαν δ' ἔχουσιν ἐκ τῶν ὁμοίων πετάλων ἐκ τῶν σίτων πτισσομένων [1] γινόμενα. Τῷ δὲ προειρημένῳ τρόπῳ καὶ ἐπὶ τῶν νεφρῶν διορίζεται· εἰ μὲν γὰρ εἴη πυρετὸς καὶ τὸ οὖρον Πεταλώδεις ὑποστάσεις ἔχον, τὸ ὅλον κεκάκωται σῶμα· εἰ δὲ μὴ εἴη πυρετὸς, τῆς κύστεως τὸ πάθος. Ταῦτα καὶ ἀπεψία καὶ πέψει διορίζονται. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ ἀπεψίας, τοῦ ὅλου σώματος τὸ κακόν· εἰ δὲ πέψις εἴη, τῆς κύστεως.

1 ἴσ. γινομένων.

## ΚΕΦ. Κ'.

### Περὶ τῶν Πιτυρωδῶν Ὑποστάσεων.

ΟΤΑΝ δὲ ὁ πυρετὸς καταλάβοι [1] καὶ τὰ βάθη τῶν ἀγγείων Πιτυρώδεις αἱ Ὑποστάσεις γίνονται, ἁδρομερέστεραι τῶν πεταλωδῶν εἰσὶ, καὶ [2] τὰ τοιαῦτα ταῖς προειρημέναις Ὑποστάσεσι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον σημαντικαὶ, τῆς τε κύστεως τὸ πάθος εἶναι, καὶ τοῦ ὅλου σώματος. Εἰ μὲν γὰρ παρείη πυρετὸς, τοῦ ὅλου σώματος τὸ κακόν· εἰ δὲ μὴ, τῆς κύστεως· καὶ εἰ μὲν ἄπεπτον εἴη, τοῦ ὅλου· εἰ δὲ πεπεμμένον, τῆς κύστεως· ὡς Ἱπποκράτης φησίν· „Ὁκόσοις ἐν τῷ οὔρῳ Πι-
„τυρώδη ἐξέρχονται, τούτοις ἡ κύστις ψωριᾷ.

1 ἴσ. εἰς. 2 ἴσ. τῶν αὐτῶν. ἢ αἱ τοιαῦται.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 146 sur 291

ſi folia quædam aut laminæ in urinis apparentia, veſicam male ſe habere ſignificant. Denominationem nacta ſunt ex ſimilitudine quam gerunt ad latas tritici decorticati exuvias. Modo autem prædicto à Renibus diſtinguitur. Nam ſi febris adſit, & urina ſedimenta laminea habuerit, univerſum corpus male afficitur; abſente vero febri, veſica laborat. Hæc etiam coctione & cruditate diſtinguuntur. Si enim cum cruditate apparuerint, totum corpus patitur; ſi vero cum coctione, veſica (tantum.)

## Cap. XXI.

### *De Sedimentis Furfureis.*

Qvando vero febris & vaſorum etiam profunda occupaverit, Sedimenta Furfurea exiſtunt, craſſiores ſunt lamineis, & eadem cum prædictis hypoſtaſibus ſecundum eandem rationem ſignificant, veſicam (viz.) vel totum corpus laborare. Præſente etenim febre, totius corporis malum eſt; abſente vero, veſicæ. Et ſi cruda fuerit (urina) totius; ſin vero cocta, veſicæ. Sicut ait Hippocrates: „ Quibuſcunque cum uri„ nâ craſſa furfuracea quædam exeunt, iis „ veſica ſcabie tentatur.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 147 sur 291

## ΚΕΦ. ΚΑʹ.

### Περὶ τῶν κριμνωδῶν Ὑποστάσεων.

Εἰ δὲ καταλάβοι πυρετὸς [κατὰ] τὰς τοῦ [1] σώματος τρεῖς διαστάσεις, κατά τε μῆκος, καὶ βάθος, καὶ πλάτος, τὰ τοιαῦτα τῶν Πιτύρων ἁδρομερέστερα γίνονται· καὶ καλεῖται κριμνώδη. Νοήσαις δ' ἂν τὸ τοιοῦτον εἰ [τις] κουφίσας τὴν μύλην τὴν τὸν σῖτον ἀλήθουσαν, εἰς ἁδρομερῆ κόμματα τὸν σῖτον ἀπεργάζεται. Τὰ τοιαῦτα [2] ἁδρομερῆ κόμματα τοῦ σίτου [3] κρίμνον ὀνομάζεται. Ἐκ τούτων [οὖν] καὶ ἐν τοῖς οὔροις φαινόμενα τὴν προσωνυμίαν ἐκτήσαντο. Γίνονται δὲ τὰ τοιαῦτα Κριμνώδη οὖρα, ἢ διὰ σύντηξιν τῶν στερεῶν ἰσχυρὰν, ἢ δι' [4] ὄπτησιν τοῦ αἵματος. ἀλλ' εἰ μὲν λευκὰ εἴη, τῶν στερεῶν [ὑπάρχει] τὸ πάθος. εἰ δὲ ἐρυθρὰ, τοῦ αἵματος· καθὼς φησὶν Ἱπποκράτης· ἐν
,, πυρετοῖς ὀξέσι οὖρον χολῶδες κριμνώδεις καὶ λευκὰς
,, ἔχον ὑποστάσεις, πονηρόν. [Καὶ ἄλλως] Ἐν πυ-
,, ρετοῖς χρονίζουσιν, οὖρον κριμνώδη ὑπόστασιν ἔχον,
,, ἄλλων τῶν σωτηρίων ἐόντων, τὴν ἀπόστασιν δηλοῖ.
,, [Ἄλλο] Οὖρον ἐν πυρετοῖς ἐναιώρημα κριμνῶδες
,, ἔχον, χρονίαν νόσον σημαίνει. Καὶ περὶ μὲν τῶν [5] ἁδρομερεστέρων ὑποστάσεων, τῶν ἐν τοῖς οὔροις [6] γενομένων, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

1 γρ. ὀπ. τάσ. τ. 2 γρ. τ. οὖν. 3 γρ. κρίμνα ὀνομάζονται. 4 γρ. Ὑπερόπτησιν. 5 γρ. ἁδρομερῶν. 6 γρ. γ. τε καὶ φαινομένων. Vid. Not.

## Cap. XXI.

### *De Sedimentis Similagineis.*

Si vero ſecundum triplicem corporis dimenſionem, longitudinem (viz.) profunditatem & latitudinem, febris corripuerit, ejuſmodi Furfures craſſioribus particulis conſtantes evadunt, & vocantur Κεγμνώδεις. Cujuſmodi autem ſit, exinde percipies, ſi quis agitata mola, quæ frumentum terit in particulas craſſiuſculas frumentum redigeret. Hæc frumenti fruſtula (Græci) Κέγμνον vocant. Ex his igitur & quæ in urinis apparent denominationem ſortita ſunt. Hæc autem lotia cum ſedimento ſimilagineo oriuntur aut ob ſolidarum partium colliquationem, aut propter aduſtionem ſanguinis: quæ ſi alba fuerint, Solidorum affectum commonſtrant; ſin autem rubra, ſanguinis. Quemadmodum autor eſt Hippocrates: „ In febribus urina bilioſa cum „ ſubſidentiis albis & veluti farina craſſior, „ mala. Et aliter: In longis febribus urina „ cum ſedimento ſimilagineo, ſignis ſalubri„ bus reliquis præſentibus, abſceſſum indicat. „ Item: In febribus lotium Enæoremate ſi„ milaceo præditum, longam ægritudinem „ fore ſignificat. Et de ſedimentis ſimilagineis quæ in urinis apparent, ſatis dictum. *

* *Vid. Not.*

## ΚΕΦ. ΚΒʹ.

### Περὶ δυσωδῶν Οὔρων.

ΤΟ δυσῶδες οὖρον διάφορα σημαίνει.[1] Οὖρον [κάκοσμον καὶ] δακνῶδες ὑγρῶν σῆψιν σημαίνει. Καὶ πάλιν ἐν πυρετοῖς ὑδατῶδες καὶ λευκὸν οὖρον λευκοῖσιν ἐναιωρήμασι δυσῶδες, παρακοπὴν ποιεῖ. [Καὶ ἄλλως τε] Οὖρον ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι παχὺ, μέλαν, καὶ δυσῶδες οὐδὲν τῆς κύστεως ἐχούσης, θάνατον σημαίνει. [Καὶ ἄλλως] Οὖρον ὀδμὴν ἔχον βαρεῖαν σύντηξιν δηλοῖ· δηλοῖ γὰρ καὶ σῆψιν, καὶ νέκρωσιν τῆς φύσεως. Καὶ περὶ μὲν τῶν τοιούτων οὔρων ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

1 γρ. Ὁ γὰρ δακ.

## ΚΕΦ. ΚΓʹ.

### Περὶ τῶν συμπλοκῶν τοῦ χύματος καὶ τοῦ παρυφισταμένου μετὰ τῶν ἐνδεχομένων χρωμάτων.

[1] ΕΠΕΙΔΗ γὰρ τὰς ἔμπροσθεν συμπλοκὰς ἐπιστάμεθα τοῦ [τε] λεπτοῦ καὶ παχέος, μετὰ τῶν χρωμάτων ἀρτίως· συμπλέξωμεν τὸ χῦμα καὶ τὸ παρυφιστάμενον μετὰ τῶν ἐνδεχομένων χρωμάτων, καὶ τί σημαίνει τούτων ἕκαστον παραθῶμεν.

[2] Ἐπειδὴ τὸ παρυφιστάμενον τῇ οὐσίᾳ [3] παχὺ δηλο-

1 γρ. Ἐπειδή. 2 γρ. Καὶ ἐπ. 3 γρ. οὐ. ἐστὶ π.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 150 sur 291

## CAP. XXII.

*De Vrinis graveolentibus.*

MALE olens autem urina non unum denotat. Urina quæ mali odoris eſt, & nares vellicat, humorum corruptionem ſignificat. Et rurſus in febribus lotium album & aquoſum cum candidis enæorematis maleolens mentis alienationem ceſſaturam indicat. Et aliter: In febribus acutis urina craſſa, nigra, & tetri odoris, veſicâ male non affectâ, interitum demonſtrat. Item: Lotium odore gravi præditum colliquationem notat, putrefactionem quoque & naturæ mortificationem ſignificat. Et de iſtiuſmodi quidem urinis hactenus dictum eſt.

## CAP. XXIII.

*De Connexionibus Chymatis & Contentorum cum coloribus, congruis.*

QVONIAM autem ſuperiores nexus (urinæ) tenuis & craſſæ conſiſtentiæ cum ſuis coloribus abſolvimus, jam fluorem & ſedimentum cum quibus par eſt coloribus connectamus, & quid unumquodque horum ſignificat apponamus.

Quandoquidem ſedimentum eſſentia ſua



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 151 sur 291

λονότι [ἢ] ἀπὸ πέψεως ἐπαχύνθη, ἢ ἐκ προλευσίας παχέων καὶ ὠμῶν χυμῶν, λοιπὸν τοῦτο μετὰ λεπτῆς συστάσεως τὸ παρυφιστάμενον συνελθεῖν οὐ δύναται, παλέξωμεν [δὴ] οὖν αὐτὸ τὸ παχὺ χύμα μετὰ τῆς συστάσεως καὶ τοῦ ὑπερύθρου χρώματος καὶ ἐρυθροῦ. Ἐν γὰρ ταῖς συμπλοκαῖς ταύταις τὰ ἀπεψίαν δηλοῦντα χρώματα συνελθεῖν οὐ δύναται. Ἀρξώμεθα οὖν τὴν συμπλοκὴν ποιεῖσθαι μετὰ τοῦ ὑπερύθρου καὶ ἐρυθροῦ χρώματος, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀπὸ ἰχωροειδοῦς αἵματος γίνεται, τὸ δὲ ἐκ τελείου. [2] Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι χρώματά τινα συμπλεκόμενα ἐν ταῖς συστάσεσι τοῦ χύματος, ταῦτα καὶ ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν· ἀλλ' ἐν ταῖς ὑποστάσεσιν [3] ἀνειμένα.

Τί δηλοῖ τὸ Παρυφιστάμενον παχὺ ὑπέρυθρον μετὰ παχείας συστάσεως; [4] αὕτη ἡ συμπλοκὴ συνίσταται καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ δηλοῖ μῆκος νόσου. Εἰ δὲ εἴη τὸ [τε.] οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις ὑπέρυθρός τε καὶ λεία, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τί δηλοῖ τὸ παρυφιστάμενον παχὺ καὶ ἐρυθρὸν μετὰ παχείας συστάσεως; Καὶ αὕτη ἡ συμπλοκὴ συνίσταται, καὶ δηλοῖ πλῆθος αἵματος, διά τε τῆς συστάσεως καὶ τοῦ παρυφισταμένου.

Τί δηλοῖ τὸ παχὺ μέλαν μετὰ παχείας συστάσεως; Καὶ αὕτη ἡ συμπλοκὴ συνίσταται, καὶ ὑπερόπτησιν κατά τε τὴν σύστασιν, καὶ τὸ παρυφιστάμενον δηλοῖ· ὁμοίως [δὲ] καὶ μετὰ τῶν χρωμάτων τῶν ἐνδεχομένων

1 γρ. Δεῖ. 2 γρ. ἀνειμέναι 3 γρ. Καὶ αὐ.

craſſum ſit, conſtat illud vel à coctione incraſſatum eſſe, vel ex abundantia craſſorum & crudorum humorum, reſtat hoc ſedimentum cum tenui conſiſtentia convenire non poſſe. Copulemus igitur ipſum craſſum fluorem cum ſedimento Subrubro & Rubro. Inter haſce enim complexiones colores cruditatem indicantes locum non habent. Auſpicemur igitur cum colore rubro & ſubrubro complicationem inſtituere, quorum ille à diluto ſanguine, hic autem à perfecto proficiſcatur. Sciendum autem eſt colores nonnullos in urinæ ſubſtantiis complicatos, eoſdem & in ſedimentis (apparere,) in ſedimentis vero remiſſiores ſunt.

Quid ſignificat ſedimentum Craſſum Subrubrum cum ſubſtantia craſſa? Talis connexio, ut ſupra dictum, conſtat, & morbi diuturnitatem indicat. Si urina ſubrubra fuerit, hypóſtaſis quoque ſubrubra, & lævis &c.

Quid ſignificat ſedimentum Craſſum & Rubrum cum conſiſtentia craſſa? Et talis complexio datur, & ſanguinis abundantiam tam conſiſtentia quam ſedimento præſagit.

Quid ſignificat ſedimentum Craſſum Nigrum cum conſiſtentia Craſſa? Talis complexio fit, & ſubſtantia & ſedimento aduſtionem ſignificat. Pari modo cum coloribus quos cum ſubſtantia & ſedimento conjunctos

I 5 eſſe

μένων συμπεπλακῆναι τῇ συστάσει, καὶ τῷ παρυφισταμένῳ [1] αὐτὰ σημαινόμενα [2] δηλοῦσιν ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως, πλὴν τῆς συμμετρίας ἀμφοτέρων τῆς τε συστάσεως καὶ τοῦ παρυφισταμένου μετὰ τὴν κατὰ φύσιν χρωμάτων, ἢ ὡς μετὰ πυρροῦ, [3] ἢ ὑποπύρρου. Καὶ γὰρ τοῦτο δηλοῖ τὴν ἀρίστην πέψιν, ἔντε συστάσει καὶ παρυφισταμένῳ, καὶ ἐν τῷ χρώματι.

Καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν οὔρων διδασκαλίας κατά τε γένη καὶ εἴδη καὶ διαφορὰς [4] καλῶς ἐκτεθήκαμεν. Εὐχαριστήσωμεν [οὖν] ΧΡΙΣΤΩ τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν, τῷ [5] εὐοδώσαντι ἡμᾶς εἰς τὸν δρόμον τῆς αὐτῆς πραγματείας, [6] καὶ ἀξιώσαντι ἡμᾶς καὶ ἀρχὴν, καὶ τέλος [7] περιθεῖναι αὐτῇ, εἰς διόρθωσιν τῶν ὁπωσοῦν ἐπιθυμούντων ἐκ πάσης προαιρέσεως [μανθάνειν.]

1 γρ. τὰ αὐ. 2 γρ. δηλώσουσιν. 3 γρ. καὶ. 4 γρ. δ. ἐκθέντες εὐχαρ. 5 γρ. συνεργήσαντι ἡμῖν. 6 γρ. τοῦ ἀξιωθῆναι ἡμ. 7 γρ. ἐπιθεῖναι αὐτῶν.

ΤΕΛΟΣ.

eſſe contingit (procedendum) eaſdem ſignificationes habent exceſſus & defectus, excepta mediocritate utriuſque tum conſiſtentiæ, tum ſedimenti cum coloribus ſecundum naturam, v.g. Aureo, aut Subaureo; etenim ejuſmodi (urina) concoctionem optimam arguit & in Conſiſtentia, Sedimento, & Colore.*

Ac de Urinarum quidem doctrinâ per genera, ſpecies, & differentias ſatis commode expoſuimus. Quapropter Christo Deo noſtro vero gratias agamus, qui nos ad (ultimum) tractatus hujus curriculum ſudantes manuduxit, & dignos cenſuit, qui & principium & finem illi imponeremus, in eorum gratiam quibuſcunque ex omni propoſito diſcere eſt animus.

* *Vid. Not.*

FINIS.

THO-

THOMAE GVIDOTTI

# EMENDATIONES

ET

# NOTAE

## In Superiorem Tractatum DE URINIS.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ] Federicus Morellus, Vir Doctiſſimus, Profeſſor Pariſienſis, & Interpres Regius, auctorem hunc Græce luce primus donavit A. D. 1608 cum hac ἐπιγραφῇ Ἰατροσοφιστοῦ περὶ Οὔρων. Valde autem dubito, Chriſtianiſſimi Regis codicem, quo unico in edendo hoc tractatulo uſus eſt Morellus, ut in locis non paucis parum caſtigatum, ita Capite ſeu titulo truncatum fuiſſe. Præpoſui itaque Θεοφίλου, partim quod verſiones omnes, quas vidimus, tam manu exaratæ quam typis impreſſæ, Theophili nomen præ ſe ferant; partim quod Actuarius, qui eandem provinciam poſtea ſuſcepit, Theophilum quendam de Urinis ſcripſiſſe referat de diff. Urin. l. 1 c. 2 quem alium ab hoc Noſtro fuiſſe nihil eſt quod ſuadeat. De Actuario interim (*de quo non hactenus apud quenquam hiſtoricum, qui nos doceret, qui vir is aut cujas eſſet, legimus*, inquit Ambroſius LEO, præf. in Actuar. de Urinis; unde Cl. Voſſius inter ætatis incertæ Scriptores eundem recenſet) annotandum occurrit, medicum fuiſſe C. P. & poſt Theophilum, circa ſeculum duodecimum floruiſſe. Inde patet, quod prævid. ex Urin. l. 1. c. 8. Imperatoris Orientis *Curiæ* meminerit. Verba ſunt,

ſunt, eodem Leone interprete: *Erat hyems, quum viſus eſt à me familiaris meus; qui quum magna injuria affectus eſſet à quodam, ſurrexerat diluculo, atque circa Regiam frequentabat, quærens ſolutionem iniuriarum invenire.* Codex MS. Græcus in Celeberrima Bibliotheca Bodleiana Oxonii, cujus ope Theophilum emendavimus, ita inſcribebatur Περὶ ὔρων Μάγνου ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου. In calce autem libri ſcriptum erat nominibus inverſis: Τέλος τῶν ὔρων Θεοφίλου ἀπὸ φωνῆς Μάγνου. Adeò ut Theophilus & Magnus, ut videtur, ſe invicem audiverint, & Tractatus hic lectio videatur Acroamatica Theophili, quam Magnus audire, aut repetere ſolebat, ita ut ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου intelligendum ſit de viva voce auctoris Theophili, & ἀπὸ φωνῆς Μάγνου in calce, de voce Magni recitantis verba Theophili. Tractatus itaque & Magni erat & Theophili; ſed Theophilus compoſuit; Magnus audivit; & forſan recitavit. Magnum, ut videtur, alium laudat Theophilus p. 74. l. 18. qui Miſenus vocabatur, ut in ſequentibus. Moris erat apud Veteres, ut qui aliquid compoſuerat, publice recitaret, ad probandum puto. Recitator erat itaque & auditor. Hinc Martialis l. 2. Ep. 88.

*Nil recitas, & vis, Mamerce, poeta videri.*
*Quicquid vis, eſto, dummodo nil recites.*

Et l. 1. Ep. 38.

*Quem recitas, meus eſt, o Fidentine, libellus:*
*Sed male cum recitas, incipit eſſe Tuus.*

Item Ep. 63. diſertis verbis:

*Ut recitem tibi noſtra rogas Epigrammata, nolo:*
*Non audire, Celer, ſed recitare cupis.*

Recitavit itaque ut Auctor Theophilus; audivit, puto, Magnus, ut judex, aut diſcipulus. Et non è contra. Quinam fuerat hic Theophilus, aut quando floruit, non ita certo conſtat. Clar. Voſſius inter incertæ ætatis Græcos ponit. Wolfgango vero Juſto in Chron. Medicorum vixiſſe dicitur circa annum Chriſti CLXX. Utrum tam vetuſtus ſit quam velit Juſtus, hæſito; Galeni enim ut anti-

antiqui Medici, teſtimonium citat; quum tamen ſi juſta ſit hæc Juſti ſupputatio, Galenus & Theophilus circa eandem temporis periodum floruerint. Non diſſimulo tamen Theophilum quendam medicum Galeno contemporaneum, Galenum ipſum commemorare lib. de diff. ſympt. c. 3. ubi morbum, quo laborabat, in exemplum proponit. Ad augendam Theophili ætatem dubitarunt nonnulli, inter quos Robertus Wittius M. D. & Coll. Med. Lond. dum vixit Socius, & Ornamentum, qui notionem iſtam primus ſuggeſſit, an non idem forſan ſit Theophilus, ad quem Divus Lucas Evangelium ſuum ſcripſit, & Apoſtolorum Acta. Paradoxum hoc ex illorum mente tueri poteſt, quod Theophilum in iis quæ ad Chriſtum pertinent, inſtructum fuiſſe S. Lucas referat, quod in noſtro patet, qui Evangelium ipſum ſubinde allegat, ut ſuo loco oſtendimus; me morantur iſti, qui illorum teſtimonia qui in ſecunda centuria floruerunt, laudaſſe regerunt. Nam dato Theophilum longævum fuiſſe, & ad centeſimum fere annum vitam ſuam produxiſſe, quod nemo negat, nihil obſtat quo minus credamus Theophilum vixiſſe in primæ centuriæ fine, & principio ſecundæ, adeo ut intra annum Chriſti quinquageſimum, & centeſimum quinquageſimum, ætas ejus hoc ſuppoſito videatur includi. Addo inſuper paritatem ſtyli (ſi profanis ſacra liceat componere) quæ S. Lucam & Theophilum contemporaneos fuiſſe arguere videtur. Præfatio ſiquidem ferme eadem, aut valde conſimilis utrique præmittitur, quod illis ſolenne eſt qui σύγχρονοι ſunt, & circa eandem temporis periodum floruere. Præfatio autem Evangelii ſic ſe habet: Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων &c. Theophili vero proœmium ſic incipit: Τὴν περὶ τῶν οὔρων πραγματείαν πολλοὶ τῶν ἀρχαίων ἰατρῶν ἐπεχείρησαν γράψαι &c. De Protoſpathario tantum ſubjungo, Dignitatem fuiſſe ſuo tempore illuſtrem, & magnam, quæ poſtea abiit in deſuetudinem. Codinus, de off. Conſtantinop. cap. 5. no. 55. Ὁ πρωτοσπαθάριος λέ-

γε-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 158 sur 291

γεται ὅτι ἦν κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν πρῶτον (lege πρῶτος) τῶν σπαθαρίων παραμενόντων, νῦν δὲ ἐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει. *Protoſpatharius hoc nomen adeptus eſt, quod olim fuit primus inter ſpatharios Stationarios. In præſentia autem nullum officium gerit.* Et cap. 4. no. 37. Protoſpatharium inter Principes enumerat, & geſtamina ejuſdem fuiſſe affirmat Pileum, Cabbadium, vel indumentum, quod ſuper omnia alia induitur, & ſcaranicum, ſimilia Aulæ Primicerii. addit inſuper, ἐδὲν δὲ κρατεῖ δικανικῶν. Sceptro autem non utitur. Σπάθη, ſpatha, enſis; ſpatharius, enſifer, vel ſatelles, σωματοφύλαξ. Protoſpatharius, primus inter Spatharios, Gretſer. com. in cap. v. Codini. Gerebat aliquando præfecturam Provinciæ. Meurſius, in Gloſſar. Græco-Barb. abbreuiato. Ecloga LL. Leonis & Conſtantini Tit. x. πρωτοσπαθαρίες μεγαλοπρεπεῖς appellat; & Baſilicorum Gloſſæ. Ἰλλέςριοι, πρωτοσπαθάριοι. Item Nicolaus 1 Ep. ad Michaelem Imp. glorioſos appellat. Dignitas iis magna, & inter magnificos (inquit Meurſius) ſive Illuſtres cenſebatur: Imo Adelmus in Annalibus Leonem Spatharium (protoſpathario multo inferiorem) Legatum memorat. Irene, inquit, Imperatrix, è Conſtantinopoli miſit Legatum Leonem Spatharium pacis confirmandæ gratia inter Francos, & Græcos. Jam vero ad S. Lucæ Theophilum, omiſſis illis qui τὸν δεῖνα negant, virum certum ſignari & nomen proprium fuiſſe affirmant B. Chryſoſtomus, Oecumenius, S. Auguſtinus, & Euthymius. Oecumenius exiſtimat præfectum fuiſſe alicujus provinciæ, ſimiliter Euthymius, addens eum fuiſſe vel ordinis Senatorii, vel alicujus provinciæ præfectum, idque ex Epitheto quod præfectis aut primatibus dabatur, quemadmodum Felici, & Feſto. Hæc eo libentius annotavi, ut dignitas Protoſpatharii, quo nomine Theophilus noſter gaudet, clarius eluceſcat, cujus officii originis & finis notitia ad ætatem Theophili determinandam plurimum valeret.* Hoc admiſſo, S. Lucæ Κράτιστος Theophilo jure competit. Verum an tam vetuſtus ſit Theo-

phi-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 159 sur 291

philus, in dubium vocat Σπάθη, novella vox & Barbara, & Protoſpatharii nomen & officium, vix puto ante ſæculum quartum ſi non ſerius, invectum, & ultra decimum continuatum. Porro ſi non pauca Theophili αὐτολεξεὶ leguntur apud Ætium Amidenum: idcirco niſi è Theophilo Ætius deſumpſerit, neceſſe eſt Teophilum poſt Ætium floruiſſe. Claruit autem Ætius ſæculo quarto poſt Chriſtum. Suſpicionem adauget, quod voces nonnullas uſurpet Theophilus apud Antiquiores Græcos haud ita facile reperiundas, quales ὠμόβραστον, χυμένη &c. nam ita legendum, & non ὠμόκρατον, & χύμενον, ut dictum alibi. Rectius itaque videtur Cl. Voſſius inter incertæ ætatis Græcos, Theophilum numeraſſe. Certiſſimum autem eſt poſt Galenum vixiſſe, & intra quartum & ſeptimum, ſi non quintum & decimum ſæculum floruiſſe probabile. Verum quandocumque vixit, Religionem, quam in medicis non paucis multi requirunt, quod attinet, Chriſtianum fuiſſe & pietate plenum indubitato conſtat. Chriſti enim deitatem ſæpiſſime agnoſcit; illumque pie invocat, titulo ἀληθινοῦ θεοῦ, nec non Dei providentiam, ſapientiam, & erga homines amorem in libris de Humani corporis fabrica (nam eundem Theophilum & hunc & illos compoſuiſſe reor) ubique celebrat, & Sacræ Scripturæ quædam loca ſubinde allegat, adeo ut non tantum θεοφίλου, ſed & φιλοθέου nomen optime meruerit, quum nemo medicorum illo aut ſæpius aut reverentius de Deo unquam eſt locutus. Scripſit inſuper Commentaria in Aphoriſmos Hippocratis, quæ Antonius Muſa Braſſavolus in ſuos ad eoſdem Aphoriſmos Commentarios in ſolidum fere tranſtulit, & Latine reddidit; circumferuntur ſub nomine Philothei. Alii Ptolothæum vocant corrupte, ut puto, pro Philotheo. Cl. Voſſius de Philoſophia Cap. XI. Philotheum hunc Amphiſſenſem appellat, & circa olympiadem CLXXVI. ſive anno ante Chriſtum 34. claruiſſe refert. Fallitur autem præter ſolitum Vir ille ſummus, quum is non Philotheus fuerit, ſed Philotas. Ita enim vocabatur

tur Antonii Medicus, ut ex Plutarcho, in Antonii vita, patet, qui nullum opus, quod ſciam, poſt ſe reliquit, & aliquot annis Philotheum anteceſſit. Nam Philotheus qui & Theophilus, dubio procul poſt Galenum floruit. Vocatur & Protoſpatharius, ut ſupra, i. e. Satellitum, aut Armigerorum primus. Σπάθη enim inter alia Gladium ſignificat; unde Σπαθάριος Satelles, aut ut Cedreno exponitur, Σωματοφύλαξ. Et Protoſpatharius Spathariorum primus. Nos vocamus *The Captain of the Guards;* apud Romanos *Præfectus Prætorii*, quod ad Principis corporis tutelam præcipue ſpectabat. Vide Meurſii Gloſſar. Græcobarb. voce Σπαθάριος & Πρωτοσπαθάριος. De Protoſpathario hic iterum moneo dignitatem fuiſſe ſuo tempore illuſtrem, quæ poſtea abiit in deſuetudinem, de qua Codinus de offic. Conſtant. c. 5. n. 55. & c. 4. n. 37. ubi inter Principes enumerat. Dignitas iis magna, inquit Meurſius, & inter Magnificos, ſive Illuſtres cenſebantur, & gerebant aliquando præfecturam Provinciæ. Ita Photius ipſe Protoſpatharius, poſtea Patriarcha C. P. Vocabularium ſuum Græcum, cujus editionem expectamus propediem, MS. penes Doctiſſimum juvenem *Nicolaum Foſſium* Petri F. Daniæ Ornamentum (qui in peregrinationis ſuæ circulo Bathoniam inviſit hoc anno M. DC. XC. IIX. circa annum Chr. DCCC. LX. dedicavit Thomæ Protoſpathario, & Gubernatori Lucotamii his verbis: *Προσπεφώνηται Θωμᾷ Πρωτοσπαθαρίῳ, καὶ ἄρχοντι τοῦ Λυκοταμίου, οἰκείῳ μαθητῇ.* Hoc nomine appellatur in Edit. Gr. Latin. librorum ſuorum v. de Corporis Humani Fabrica, quam Pariſiis adornavit Gulielmus Morellus A. D. MDLV. in octavo, in quibus illos quos Galenus de Uſu Partium ſcripſit, in Epitomen redegit. Hunc Latine primum edidit Junius Paulus Craſſus Venetus, titulo *Theophili Protoſpatharii Commentariorum in Galenum de uſu partium Par.* 1548. Librum etiam *de Excrementis* & pulſibus in Italiæ Bibliothecis Græce extare nos monet Jo Geo. Schenckius Bibl. Med. p. CCCCXXXVI. Item MS. in



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 161 sur 291

Bibl. Imperiali Viennæ cum ejuſdem Antidotario in quarto. Nec non de Experimentorum differentiis MS. Gr. in octavo in eadem Bibliotheca, una cum Hippocrate Galeno & Stephano, de eodem argumento. Meminit & Iſr. Spachius Elench. Med. p. CLXIII. Et Paſch. Gallus, Bibl. Med. p. CCLXXXIX. Libellus etiam *de Excrementis* ſervatur in Bibliotheca Bodleiana, quem Latio donavi, & cum illo de Urinis imprimendum curavi. His perpenſis Doctiſſimo Schenckio aſſentire vix poſſum, qui Bibl. Med. p. CLXVIII. Caſſium Jatroſophiſtam Tractatum hunc de Urinis compoſuiſſe conjectat. Nam Caſſius ſi modo idem qui vulgo audit Iatroſophiſta, Cornelio Celſo σύγχρονος fuit, unde illum *Ingenioſiſſimum ſeculi ſui Medicum* appellat, eumque recens ſe vidiſſe tradit Præf. in lib. de Re Medica. Claruit autem Caſſius annis plus centum ante Galenum, quem Theophilus citat. Quin & Θεοφίλειον κολλύριον laudat Ætius Tetrab. l. VII. c. XLII. Et Alex. Trallianus l. II. c. I. Rhaſis Cont. l. V. c. I. allegat Theophili lib. tertium de membris dolentibus. Duo, inquit, dixit Theophilus, in lib III. de membris dolentibus in deſcriptione Melancholiæ &c. Item l. I. c. III. quod eſt de Melancholia; Theophilo quidem viſum eſt &c. Et alibi in iſto capite, Theophilus vero tacuit &c. An quæ dicta ſunt de uno eodemque Theophilo intelligenda ſint necne, impræſentiarum determinare haud libet. Atque hæc ſunt quæ de Autore habui dicenda.

Ἰατροσοφιστοῦ] Hanc vocem memoravi auctoritate Cod. MS. Regis Galliæ, quem pervetuſtum Morellus affirmat, etſi exemplaria quibus uſi ſumus, illam non agnoſcant, neque Theophilum ita appellatum ullibi me legiſſe meminerim, ideoque in titulo omiſi. Sed & eandem retinuit Vir Clar. Ren. Chartarius, qui tractatum hunc editioni ſuæ auguſtæ Hipp. & Galeni operum conjunctim Par. A. D. MDCXXXIX. inſeruit. cui quidem Viro Doctiſſimo venia haud gravate concedenda, ſi illi utpote circa longe majora occupatiſſimo, maculas, quibus referta eſt editio Morel-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 162 sur 291

Morelliana, eluere non vacaverit. Quædam enim, quæ primo intuitu vitioſa apparebant, emendavit, mendas vero plurimas reliquit, ut infra in notis noſtris manifeſtum fiet. Forſan autem *Μάγνου Ἰατροσοφιστοῦ* inſcribebatur Morelli codex, quum idem Tractatus & Magno etiam adſcriptus fuerat, qui Theophilum audire ſolebat, ut in præcedentibus dictum latius.

*Τὴν περὶ τῶν οὔρων πραγματείαν π.*] Cod. MS. Oxon. *Τὴν περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς πρ.* Rem Urinariam priſcorum Medicorum plures Commentariis ſuis illuſtraſſe ſcribit, nominat autem tres, Hippocratem viz. Galenum & Magnum. Scripſerunt & alii de eadem materia ſeculis ſubſequentibus, qui nobis Veteres ſunt dicendi, quorum ſcripta partim edita ſunt, partim *ἀνέκδοτα*. Tales ſunt qui ſequuntur. Avicenna nimirum, quem Actuarius ex Arabico in Græcum convertiſſe dicitur. Hanc tranſlationem à volumine in VII. libros digeſto diverſam eſſe quidam exiſtimant, etſi Avicennam primum ejuſdem auctorem aliqui decernant, monente Schenckio, Bibl. Med. p. VII. Actuarii libri VII. de Urinis Latine ſæpius impreſſi ſunt, Græce quod ſciam, nunquam. Doctiſſ. Schenckius exemplaria duo MSta apud Dominicum Monteſaurum Veronenſem extare ſe audiſſe refert, quodque iſtorum unum ex iis quam vulgo habemus locupletius fuerit. Spachius etiam unius apud Monteſaurum meminit, & Alterius Venetiis in Bibl. D. Marci. Jac. Goupylus Vir Doctiſſ. trium mentionem fecit; & unum habetur in Bibliotheca Bodleiana, quod quando res noſtræ ita poſtularent, conſulimus. Idem etiam argumentum tractarunt, Ruffus Epheſius MS. Viennæ in Bibl. Imp. in 4. Jo. Epiſcopus MS. Gr. in Bibl. Regis Galliæ. Et Stephanus Magnus ſophiſta MS Gr. in eadem Bibliotheca. Superſunt inſuper in Bibliothecâ Bodleianâ longe celeberrimâ, Chriſtoduli Synopſis de Urinis, Cod. Roan. XV. p. LXXIV. Anonymi tractatus *περὶ ὑαλίων*, Cod. Roan. XIV. p. LXXV. Synopſis perbrevis de Urinis, titulo *ἀκριβεστέρα σύνοψις περὶ οὔρων*. pag. LXXXVII.

Nec non altera ſynopſis inſcripta, περὶ ὑαλίων ἐν συνόψει, Cod. R. XV. p. CL. auctore utriuſque incerto. Hæc Synopſis occurrit item Cod. LXXXVIII. Bar. p. XLVII. titulo: Ἑτέρα σύνθεσις ϗ τάξις τῶν ὑαλίων τῶν νοσούντων ἀνθρώπων. Variat ſæpicule à Roanenſi; hic tamen, ut illic, primo proponuntur colores & conſiſtentiæ Urinarum n. XIII. deinde ſequitur expoſitio. Synopſis autem Barrociana capitulo poſtremo deſtituitur, quod in Roanenſi codice reperitur. Habentur etiam Cod. præd. Bar. p. XLV. capitula quædam, περὶ τοῦ κατὰ φύσιν οὔρου. Περὶ συστάσεως οὔρων. Περὶ χρωμάτων οὔρων. Et περὶ δηλώσεως οὔρων. Quæ omnia, præter ultimum, ex Theophilo deſumpta ſunt. Nec non, Ἑτέρα περὶ οὔρων σύντομος διδασκαλία Anonymi, quæ cum Theophilo mire coincidit. Puto eſſe Magni, quem Eumeſenum, rectius Emeſenum vocant & Mæſenum, & quidem iſtius cujus meminit Theophilus. Περὶ κλωκίων διαφορᾶς κοινῶς λεγόμενα. p. XLVII. Σύνοψις διαφόρων ἰατρῶν. Ibidem. Ἕτερον περὶ οὔρων προγνωστικόν. Ibidem. Ἱπποκράτους διδασκάλου, ϗ Γαληνοῦ σοφοῦ, ϗ Ἀθηναίου ῥήτορος, ϗ Ἰωάννου Τζέτζου, διάγνωσις περὶ ὑαλίων ἀῤῥώστων, ϗ τελευτῆς ἀνθρώπων. p. XLVIII. Ἑτέρα σύνοψις ἀκριβὴς περὶ οὔρων Ἱπποκράτους ϗ Γαληνοῦ. p. XLIX. Ἑτέρα ἑρμηνεία περὶ οὔρων Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου διδασκάλου. p. L. Ἑτέρα σύνοψις ἀκριβὴς περὶ οὔρων, Ἀθηναίου σοφοῦ. Ib. Διαίρεσις περὶ οὔρων Anonymi Ib. Hæc excerpta potius quam tractatus videntur. Quædam etiam de Urinis occurrunt Cod. XV. Roan. p. LXXXIII. Exordium, Εἰ τὸ οὖρόν ἐστι χολωδέστερον, &c. Verum hæc ſunt imperfecta, & μείουρα. Item περὶ οὔρων Γαληνοῦ διαίρεσις. fol. LXXXIX. Parte poſtrema hæc diviſio eadem continet, quæ liber de Urinis impreſſus, Galeno attributus. Et, ἐκ τοῦ Γαληνοῦ περὶ κλωκίων. Ej. Cod. fol. CII. Hæc quidem eo libentius hoc in loco fuſius memoravi, in illorum gratiam, qui quid de Urinis à Veteribus ſcriptum ſit ſcire cupiunt.

*Μετὰ δὲ τοῦλον Γαληνὸς.*] Cod. M. S. Oxon. μετὰ δὲ τοὺς χρόνους τούτου Γαλ quam lectionem ſecutus eſt Chartarius. Tantundem valet. Floruit autem ante Galenum Hip-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 164 sur 291

Hippocrates annis, præter propter, ſexcentis.

*Ὁ θαυμάσιος ἰατρὸς.*] Ulterius procedit Oxon. Codex, habet enim *θαυμασιώτατος*. Verum Galenus ipſe Hippocratem tantum *Θαυμάσιον* appellat. Sic lib. de Theriac. ad Piſon *ἐξευθυμίαν τινὰ τῷ ἀῤῥώστῳ ὁ θαυμάσιος Ἱπποκράτης γίνεσθαι συμβουλεύει.* Et de Criſ. lib. I. cap. XII. *περὶ δὲ καὶ τούτων ὁ θαυμάσιος Ἱπποκράτης πρῶτος, ὧν ἴσμεν, ἀπεφήνατο κάλλιστα.* De laudibus Galeni vid. Chronologicum ejuſdem elogium à Ph. Labbeo conſcriptum, & Pariſ. editum A. D. MDCLX. in octavo.

*Ἐπιχείρησέ τι καὶ ἔγραψεν.*] Galenus Commentariis ſuis in Prognoſtica, prædictiones & Aphoriſmos Hippocratis de Urinis quædam annotavit, & alibi obiter. De Criſibus vero lib. I. cap. XII. quaſi ex profeſſo de iiſdem egit. Ita enim caput illud orſus eſt, *ἐφεξῆς δὲ περὶ τῶν οὔρων εἴπωμεν.* Eſt & liber de Urinis Galeno adſcriptus, qui ſpuriis ejuſdem merito accenſeatur, cum auctor, quiſquis fuerit, Galenum laudet, ut cap. III. ubi ait, *τὸ δὲ ξανθὸν ἴδιον ἔχει καὶ ἐξαίρετον τὸ μίγμα, ὡς εἶναι δύο χρωμάτων τοῦ τε πυῤῥοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ, ὅθεν καὶ στίλβον αὐτὸ κέκληκεν ὁ Γαληνὸς ἐν τῷ περὶ κρίσεων.* Scriptus autem fuerat, ſi de antiquitate Theophili quorundam opinio illos non fallat, non longè à Galeni temporibus; ex illo enim Theophilus non pauca deſumpſit. Servatur etiam in Bibliotheca Bodleiana, ut modo dictum, Urinarum diviſio, quæ Galeni nomen per ſe fert.

*Εἶτα μετ' αὐτὸν Μάγνος Ἰατροσοφιστής.*] Magnum Mæſenum intelligo, quem Theophilus p. 74. l. 18. & alibi in hoc opere citat, poſt Hippocratem & Galenum. Magnum poſt Galenum ſcripſiſſe hinc colligitur & ſeniorem illo fuiſſe, quicum Theophilus convixit ut ſupra; Ejuſdem tamen nominis & Genii. Item ex illo quod ſequitur idem patet, *Ἀκολούθως δὲ τούτοις* (Hipp. intelligit & Gal.) *ἐπιγενόμενος ὁ Μάγνος.* Erat & Magnus antiquior Galeno *σύγχρονος*, quem ſua tempeſtate Archiatrum fuiſſe, lib. de Theriaca ad Piſonem, docet. *Μάγνος δὲ*, inquit, *ὁ καθ' ἡμᾶς ἀρχίατρος γενόμενος.* Idem Galenus plurium Magnorum meminit. *Ταρσέως* viz. Sive Magni Tar-

K 3 ſenſis,

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 165 sur 291

ſenſis, De Comp. Med. Sec. loc. lib. IX. in fine, ubi memorat Ἔκστρυφιον αἱμοῤῥοΐδων Μάγνου Ταρσέως. Φιλαδελφέως, ſive Philadelphenſis, lib. XII. quo loco medicamentum proponit contra ſanguinis rejectionem ab eodem inventum. Ἄλλο, inquit, πρὸς αἱμοπτοϊκὰς Μάγνου Φιλαδελφέως. Sic de Comp. Med. Sec. Gen. lib. V. εἰ ὁ Μάγνος ὁ Φιλαδελφεύς. Et de Comp. Med. Sec. loc. lib. IX Ἔνημα ᾧ χρῶμαι (lege χρῶμαι) τὸ Ἀθηναίου (lege Ἀθηναίῳ) σύμφωνον, Ἀρποκρᾶ Μάγνῳ τῷ Φιλαδέλφῳ (l. Φιλαδελφεῖ) Ἀριστολάῳ. Περιοδευτοῦ ſive Circulatoris, cujus medicamentum Album celebrat de Comp. Med. Sec. loc. lib. V. his verbis: Λευκὴ ὑδατίνη λεγομένη. Ταύτῃ Μάγνος περιοδευτὴς ἐχρήσατο μετὰ τὴν τῶν λειχήνων ἐκδερὰν. Illum Ætius lib. VIII. cap. XVI. Μάγνον ſimpliciter appellat. Κλινικοῦ, ſive Clinici, eod. lib. V. de Comp. Med. Sec. loc. non procul ab initio: Μάγνου Κλινικοῦ πρὸς τὰς ἐπὶ τοῦ γενείου συκώδεις ἐπαναστάσεις. Magnum inſuper ſine ullo cognomine paſſim memorat, ut de Pulſ. Diff. lib. III. ubi Magnum quendam de pulſibus ſcripſiſſe tradit, illumque contra Archigenem defendit. Item de Comp. Med. per Gen. lib. V. circa finem: Ἀσκληπιάδου σποδοειδὴς ἐκ τοῦ Μάγνου. Et Μάγνου ἐπουλωτικόν. Ibid. Ἡ ἀνθίζουσα Μάγνου πρὸς σηπεδόνας, νομὰς &c. Ibid. Magni itidem meminit Cœlius Aurelianus (qui circa Galeni tempora, aut paulo ante floruit) de Morb. acut. lib. II cap. 8. ubi illum Catalepſeos argumenta primum è ſuis conſtituiſſe refert. Libro quoque de Acutis III cap. XIV. quod eſt de Hydrophobia, Magnum Epheſium laudat, ex libro ſecundo Epiſtolarum. Magni etiam Eumeſeni (potius Miſeni, Meſſeni, Meſini, Mæſeni, aut Emæſeni, ab Emeſa, Emiſa, ſeu Emeſſa, urbe Syriæ Phœniciæ vulgo Hemz, unde Julia Mæſa avia Heliogabali, qui patria Emiſſenus fuit, & in Emiſſa urbe ſacerdos Dei Alagabali qui Deus peculiaris fuit urbis iſtius) Medici explicationem in Urinalia Hippocratis, cum figuris, in Biblioth. Illuſtriſſ. Michaelis Cantacuzeni Conſtantinopoli extare monet Cl. Schenckius Biblioth. p. CCCLXXXII. Ejuſdem quoque, ut puto, compen-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 166 sur 291

pendium de Urinis MS. ſervatur in Bibl. Bodleiana titulo Ἑτέρα περὶ Οὔρων σύντομος διδασκαλία. Nam quæ ex Magno de Urinis citat Theophilus, in illa ſynopſi reperiuntur, ut ſuo loco conſtabit. Magnum inſuper Antiochenum Antiochia Mygdonica Neſibis vocata oriundum, & Zenomi ἀκροατήν, cujus etiam vitam conſcripſit p. CXXXVIII. Quicunque hi Magni fuerint, certe Nicolaus Myrepſus, ad Magnum Theophili, quem Miſenum, aut Emiſenum puto, digitum ſuum intendiſſe videtur: Antidotum enim colicam laudat, de Antid. Sect. I. cap. CCCV. à Magno medico Sophiſta expoſitam. Meminit & Actuarius, de Hiſt. Urin. lib. I cap. II. illumque de Urinis poſt Hippocratem & Galenum ſcripſiſſe affirmat. Refert quidem vir Cl. Jo. Geo. Schenckius, Bibl. p. CCCLXXXVI. ſe apud Geſnerum in Comp. legiſſe Magnum hunc Actuario Alexandrinum nuncupatum; loco autem citato & apud Geſn. & apud Actuarium legitur non Alexandrinus, ſed Alexander, ut & in Gr. Cod. MS. non Ἀλεξανδρεύς ſed Ἀλέξανδρος, medicus viz. à Magno diverſus. Tres enim ibidem commemorat, Magnum nimirum, Alexandrum, & Theophilum. Fuit & Magnus, qui medicinam Alexandriæ factitabat, teſte Philoſtorgio, an vero de illo capiendus ſit Theophilus, paulo infra diſceptabitur.

Οὐδεὶς μὲν τοίγε τῶν ἀνδρῶν τελείαν ἢ ἀνελλιπῆ τὴν διδασκ. ἐποιήσ.] Quod de Hippocrate, Galeno, & Magno hic Theophilus, idem de ipſo Theophilo cæteriſque, qui ante illum de Urinis ſcripſerunt, pronunciat Actuarius, de Diff. Urin. lib. I cap. II. his verbis: Quandoquidem autem Viri harum rerum periti qui nos anteceſſerunt, parum accurate de his, neſcioquo modo, ſcripſerunt (ſapientiſſimus enim Hippocrates cum pauca quædam ſparſim de Urinis dixiſſet, imperfectam tractationem reliquit. Galenus quoque hujus rei maxime & ipſe intelligens, hanc medicinæ partem parum accurate tractaſſe videtur. Eatenus enim hanc attigit, quatenus utique par erat ipſum perſuadere multitudini Urinarum conſiderationem humanis corporibus



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 167 sur 291

utilem eſſe, quod reliquum eſt neglexit. Quin & Magnus, Alexander, & Theophilus, ac alii quidam, qui in hanc rem diligentius quam alii incubuiſſe videntur, hanc tractationem imperfectam reliquerunt. Ut qui ab ipſa velut experientia orſi, neque differentias, neque cauſas, neque alia quibus tractatio abſolvitur, poſuerint.) Quum inquam, medicam artem, cùm Hippocratis & Galeni monimentis, tùm aliorum Virorum, qui poſt hos multa invenerunt, illuſtriſſimam atque excultiſſimam viderem; eam vero partem, quæ de Urinis, veluti claudam, & aliquo, qui eam attolleret, indigentem, hunc laborem mihi injunxi, diſputationemque hanc, Dei immortalis verborum ſuppeditatoris ope fretus aggreſſus ſum.

*Ἄλλοτε ἀλλαχοῦ ἐν ταῖς πρ. αὐ.*] Præcipue vero de Urinis egit Hipp. in prænotionib. Coac. lib. Prænot. Prædict. lib. II. & Aphor. libb. IV. & VII.

*Καὶ ἀσαφῆ*] Hanc vocem refero ad *διδασκαλίαν*, non ad *ἀδιόριστα*, ut vulgo. Dixerat Theophilus Hippocratem, quia quædam de Urinis ſparſim tradidiſſet, doctrinam earum imperfectam reliquiſſe, *ἐλλιπῆ*, inquit, *τὴν διδασκαλίαν κατέλιπεν.* Hic de Galeno ait, eo quod plurima confuſa docuiſſet, & illum etiam doctrinam *ἀσαφῆ*, i. e. obſcuram, reliquiſſe; ſicut & Magnus illam reliquit *ἀτελῆ*; adeo ut *ἐλλιπῆ*, *ἀσαφῆ*, *ἀτελῆ* eodem reſpiciant.

*Ὁ Μάγνος ἰατρὸς μὲν τῷ λο.*] Eunapius in Vita Magni hæc habet, *σιωπᾶν μὲν ἐν τῷ λέγειν τοὺς ἰατροὺς ἠνάγκαζε· θεραπεύειν δὲ οὐκ ἐδόκει δυνατὸς εἶναι, καθάπερ λέγειν.* Hinc Morellus eundem Magnum ab Eunapio & Theophilo memoratum putat. Eunapio enim conſonus videtur Theophilus, cùm ait, *ὁ Μάγνος ἰατρὸς μὲν τῷ λόγῳ ἄπειρος δὲ τῷ πράγματι.* Quod & à nobis ſimiliter redditum eſt. Magnus medicus quidem Theoricus, practicæ vero imperitus. Verum aut hi Magni diſtinguuntur, aut fallitur Juſtus circa ætatem Theophili. Magnus enim, quem Eunapius memorat, ſub Juliano floruit; Erat ſiqui-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 168 sur 291

quidem Zenonis auditor, & Oribaſii condiſcipulus, ut Eunapius, in Zenone, & Oribaſio, teſtatur. Claruit autem Oribaſius, Juliani Apoſtatæ Archiater, ſecundum Juſtum, A. Chr. * CCLXV. ſec. verò Moreau circa An. Ch. CCCXXX. Theophilum autem vixiſſe idem Juſtus affirmat, circa An. Chr. CLXX. h. e. annis ferme centum ante Oribaſium, &, ut probabile videtur, ipſum Magnum, cujus Theophilus meminit. Juſtum quidem falli, ut dictum eſt, quam errare Morellum potius crediderim, præſertim cùm ad opinionem ejus Clar. Voſſium accedere videam, qui Magnum Antiochenum, de quo Eunapius, Juliani ac Valentis temporibus claruiſſe, & de Urinis dignoſcendis ſcripſiſſe, ex Theophilo, monet, de Philoſ. cap. XII. p. CII. Quomodo tamen illum Antiochenum fuiſſe colligi poteſt ex Theophilo non ſatis video; ſane hoc ſcio, quæ ex Magno Sophiſta Theophilus adducit in compendio Magno Mæſeno dicto attributo reperiri, niſi idem forſan Antiochenus qui & Mæſenus dicitur, & Emiſenus, & etiam Sophiſta, quod vix credo. Jatroſophiſtam autem & Mæſenum eundem puto. Falli itaque videntur Morellus, & Voſſius, quum Magnus hic non Antiochenus, ſed Mæſenus fuerit. Philoſtorgius Hiſt. Eccleſ. lib. VIII. cap. X. auctor eſt, Magnum quendam Medicum, Valentiniani & Valentis temporibus Alexandriæ vixiſſe, Εὐδοκιμεῖ δὲ, inquit, καὶ Μάγνον, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν αὐτὴν τέχνην (Medicinam viz.) μεταχειριζόμενον. An idem cum Antiocheno neſcio, certe Magnum quendam Theophilo coævum & auditorem fuiſſe dictum eſt ſuperius; aliumque Mæſenum, aut Emeſenum dictum, potius quam Antiochenum, aut etiam Alexandrinum in præcedentibus aſſeruimus, & in ſequentibus clarius oſtendemus. Verum ut certa inter hos Magnos diſtinctio ponatur, hiſtoria non ſinit.

Τὴν περὶ αὐτ. τεχ.] Mor. & Chart. ediderunt τοῖς περὶ — At ego mutandum cenſui τοῖς in τὴν. Sic Philoſtorgius ſupra, de Magno, τὴν αὐτὴν τέχνην μεταχειριζόμενος; quod



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 169 sur 291

ita vertit Jac. Gothofredus, *qui eandem artem exercuit*, Medicinam ſc.

Καὶ διαίρεσιν ἀρξάμενος] Reddidi *& diviſionem primum aggreſſus.* Verſio Latina MSta. Et ſecundum diviſionem incipiens. Ita paulo poſt, ἀπαρξάσθαι τῆς διδασκαλίας. Et infra cap. VIII. Ἀρξώμεθα ἐν πρῶτον τήν τε τῆς ἀρίστης ὑποστάσεως κατασκευήν. Nam ſic legendum, & non λεξώμεθα, ſuo loco patebit.

Καὶ διαγν. σημ.] Vitio vertit Magno, quod cùm Urinarum differentias & ſpecies tradidiſſet, ſigna plurima diagnoſtica omiſerit. Voſſius de Phil. cap. XII. legiſſe videtur προγνωστικὰ, verum exemplaria quæ vidimus, habent διαγνωστικά. Pro αὐτοῦ repoſui αὐτῶν plurali numero, ne à ſuperioribus diſſenſus ſit.

Καὶ μὴ μάτην] Verſiones omnes poſt vocem μάτην periodum agnoſcunt, & verba ſequentia ut rationem ſuggerunt. Aſt iſta periodus mihi quidem ματαία videtur, cùm loci ſenſum plurimum perturbet, & exemplaria Græca diſtinctionem reſpuant.

Αὐτῶν ἕκαστος πάσχει] Ita legi pro ἕκαστον, ut & ἐξεστηκὼς, pro ἐξεστηκότα. Intelligit enim Theophilus τὸν πάσχοντα τόπον, quem quomodo affectus ſit ait ab Urinis indicari.

Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν] Hinc Theophilum Chriſtianum fuiſſe conſtat. Sic infr. cap. VIII. Ἐπικαλεσάμεθα Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν. Et in Epilogo: Εὐχαριστήσωμεν ἐν Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν. Gaudet hac formula auctor noſter. Ita & de Hum. Corp. fab. lib. I. cap. VIII. ubi de manu. Ad reliquam totius manus partium expoſitionem accingamur, initiumque à cubito ſumamus, prius Chriſtum verum Deum noſtrum nobis fautorem, itineriſque ducem adeſſe precati. Et lib. III. cap. I. In præſenti autem hujus voluminis parte ſpirabilium viſcerum ſtructuram explicare accingimur, Chriſto prius vero Deo noſtro invocato, quoniam omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo nihil factum eſt. Item lib. IV. cap. XVI. de oculo: verum quoniam

cor-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 170 sur 291

corporis lucerna eſt oculus & Jeſus Chriſtus verus Deus noſter in Sanctis Euangeliis teſtatur &c.

*Οὖρον τοίνυν ἐςὶ τὸ περίττωμα τῦ αἵμ.* ] Hinc Lucretius, de Nat. Rer. lib. IV. Urinam vocat ſaccatum humorem. Sic enim ait de Pueris,

*Somno devincti credunt extollere veſtem*
*Totius humorem ſaccatum ut corpore fundant.*

Arnobius Adv. Gent. lib. II. Saccatum appellat, omiſſo humore. Si verum ſit quod dicitis, ait, (de Animalibus loquens) imprudenter appeterent [animæ] terrena hæc loca, ut tenebroſis corporibus incolæ inter pituitas & ſanguinem degerent, inter ſtercoris hos utres, & Saccati obſcæniſſimas ſerias. Percolatio hæc in Renibus perficitur, in quos ſerum una cum ſanguine per emulgentes Arterias illatum, caruncularum quarundam papillarium ope, quæ incerniculi vices obeunt, ab eodem ſecernitur. De Carunculis hiſce Barth. Euſtachius, lib. de Ren. cap. VII. Si ſecundum longitudinem diſſecaveris, mirum tibi naturæ artificium fiet manifeſtum: nimirum videtis quoſdam ſulcos, & canaliculos, non ſecus ac pilos tenuiſſimos, elegantiſſime in eis exſculptos, per quos non dubito lotium in urinarii meatus ramos percolari. Hæc ille. Et quidem hos canaliculos in Renibus à nobis apertis, non ſine oblectatione quadam non ſemel obſervavimus, qui fibrarum ſuarum ductu, utpote quæ è latiori baſi in anguſtiorem conum ſenſim ſeſe contrahunt, infundibulum aptiſſime nobis repræſentare videbantur. Ruffus Epheſius, lib. II. cap. XII. membranas cribri in modum perforatas memorat. Renes enim dixit κατὰ τὰ ἔναιμα ὑμένας ἔχειν κατατετρημένους ἠθμοειδῶς. Et Aretæus de Sign. Chron. lib. II. cap. III. Κοιλίας σμικρὰς ἰθμοειδέας (lege, ἠθμοειδέας) εἰς τὴν τῦ οὔρου διήθησιν. Non itaque ita intelligendus Lucretius, ac ſi diceret Lotium humorem per totum corpus quaſi ſuccum percolatum, ut Lambinus illum locum expoſuit, cum Urina ſolummodo in Renibus ſeparetur. Eſt enim Renum officium monente Aretæo de Cauſ. Acut. lib. II.

cap.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 171 sur 291

cap. IX. Ἥ τε διάκρισις τῶν οὔρων ἀπὸ τοῦ αἵματος, καὶ ἡ ἀπόκρισις. Saccatus igitur humor totius corporis, eſt omnis Urina quæ in veſica continetur: vel humor, qui à toto corpore provenit, ſaccatur autem in renibus.

Τοῦτο δὲ ἄλλοι ὀῤῥῶδες περ. ἐκαλ.] Ὀῤῥὸς proprie ſignificat ſerum lactis. Heſychius, Ὀῤῥὸς τὸ ὑδατῶδες καὶ ἀφεστάμενον τοῦ γάλακτος. Jul. Pollux, Onom. lib. I. cap. XII. vocat τὸ φαῦλον τοῦ γάλακτος. Scribitur & Ὀρός. Etymol. Magn. Auctor, Ὀρὸς δὲ ἡ ἀπόστασις τοῦ γάλακτος. Dicitur etiam de aliarum rerum humiditatibus aquoſis. Sic ὀῤῥόπισσα ſive πίσσης ὀῤῥὸς, ut interdum dicitur, Columellæ, vocatur picis ſerum, ſive liquamen; rationem reddidit Theophraſtus, de Hiſt. Plant. lib. IX. ubi hanc picis ſpeciem ὑδαρεστέραν eſſe ait, καὶ πλείω ἔχειν τὸν ὀρόν. Sic & αἵματος ὀῤῥὸς apud Galenum ſæpius occurrit. Tollendum eſt hoc in loco mendum è Theodoreto, apud quem Orat. 3. de Provid. hæc leguntur: Τὸ δὲ ῥοῶδες καὶ λίαν λεπτὸν, καὶ τροφῆς ἄμοιρον, εἰς τὸ τῶν ὑγρῶν περιττωμάτων δοχεῖον χωρεῖ. Quod Interpres ita vertit: Quod vero in eadem fluxum nimiſque tenue eſt, nec quicquam alere poteſt, in Veſicam, humidis excrementis deſignatum receptaculum ſecedit. Ibi autem pro ῥοῶδες legendum ὀρῶδες, & vertendum: Quod vero *ſeroſum* eſt, non *fluxum*, ut perperam interpres mendum non videns.

Ἄλλοι δὲ ἰχῶρα αἵματος] Ἰχὼρ ad ὀῤῥὸν quam proxime accedit, & de lacte etiam dicitur. Ariſtot. Hiſt. An. lib. III. cap. XX. Πᾶν δὲ γάλα ἔχει ἰχῶρα ὑδατώδη, ὃ καλεῖται ὀῤῥός. Dicitur & de ſanguine. Idem de Hiſt. An. lib. III. cap. XIX. ἰχὼρ δέ ἐστιν ἄπεπτον αἷμα, ἢ τὸ μήπω πεπέφθαι, ἢ τὸ διαῤῥωθῆναι. Gal. lib. II. ad Glauc. ἰχὼρ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥός. Heſychio hæc vox exponitur αἷμα μετὰ συμβεβηκὸς ἔμπυον, σηπεδών. Etym. magni auctori τὸ σεσηπὸς αἷμα. Pro σεσηπὸς apud Suidam, & Phavorinum, vitioſe, ut puto, legitur πεπηγός. Ichor enim non eſt ſanguis concretus & coagulatus, ſed in tenuem ſeroſumque liquorem converſus. Hom. Il. Ε. ψ. CCCXXXIX. Diis attribuit, & Deorum ſanguinem indigitat, quos tamen

ἀναι-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 172 sur 291

*ἀναίμονας* aſſerit, quod tali ſanguine præditi non fuerint, quali mortales. Verba, quæ de Venere à Diomede vulnerata protulit, ſunt hæc.

——— *ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο*
*Ἰχὼρ οἷόσπέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι.*
*Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσι, οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον*
*Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσὶ καὶ ἀθάνατοι καλέονται.*

Ubi Schol. *Ἰχὼρ ὑγρασία τις διεφθαρμένης σαρκὸς ὕφαιμος.* Apud Galen. de Criſ. lib. I. cap. XII. tincturam ſignificat. Nam lotium quoddam memorat: *βραχὺν ἰχῶρα λεπτὸν ἐκ τῆς πυῤῥᾶς χολῆς ὑποδεξάμενον.* Quomodo *ἰχὼρ* Latine verti debeat, incertum. Alii ſeroſos humores, alii aquoſos, alii tenues, alii vero ſaniem interpretantur. Jo. Gorræus, Vir Doctiſſ. in Diff. Medd. de hac re ita ſentit, ut intra corpus quidem *ἰχὼρ* aquoſa vel ſeroſa humiditas, ſive ſanguinis, ſive alterius humoris, Latine reddi poſſit; extra corpus vero, ſaniem. At vero, qui Urinam, quæ tamen eſt *ἰχὼρ* extra corpus, Saniem dixerit, haud proprie locutus fuiſſe videatur, cum Sanies ut plurimum putredinem implicet, unde Iſidorus, Saniem ita dictam tradit quod ex ſanguine corrupto naſcitur. Eſt & *ἰχὼρ* ſanguis corruptus, ut dictum, verum melius forſan hoc in loco *ἰχῶρα* reddidimus, liquorem tenuem, aut ſerum ſanguinis. De variis hujuſce vocis ſignificationibus vid. Scal. com. ad Ariſt. Hiſt. An. lib. I cap. I Ap. 6.

*Ἐν τῇ στελεχιαίᾳ φλεβί.*] Venam intelligit, quam aliquando *μεγάλην πρὸς πύλαις*, nunc *τὴν ἐπὶ πύλαις*, imo interdum *πύλην*, auctores vocitant, unde vulgo audit Vena Porta; vel quia alimentum ex veterum ſententia, per illam quaſi per portas ad hepar tranſiret, vel quòd ad iſtam hepatis partem ſita ſit, quæ *πύλαι* nominatur. Dicitur (ut hic, & alibi ſæpiſſime) & *στελεχιαῖα φλὲψ*, quoniam in plures propagines dividitur *ὥσπερ στέλεχος εἰς κλάδους*, h. e. in eundem fere modum, quo arboris truncus, in ramos, ramulos, & germina diſpeſcitur. Galenus, de Adm. Anat. lib. VI. rationem nominis

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 173 sur 291

minis elegantiſſime expreſſit, quem audi: Ἀπὸ τῶν πυλῶν εἰς ἕκαστον λοβὸν ὅσοι περ ἂν ὦσι μίαν εὑρήσεις ἀφικνουμένην μεγάλην φλέβα, ἧς σχιζομένης εἰς πολλὰς μικρὰς ὥσπερ στελέχους εἰς κλάδους, εἶτ' αὖθις ἐκείνων οἷον εἰς ἀκρέμονας τινὰς σχιζομένων, εἶτ' ἐκείνων ὥσπερ εἰς βλαστήματα τινὰ λεπτὰ τελευτώντων, &c. Creditur & hæc Vena Meſaraicarum omnium truncus, & ita eſt. Ex illa enim omnes proveniunt. Idem Gal. Ib. Αἱ δὲ κατὰ τὸ μεσεντέριον ἀρτηρίαι καὶ φλέβες, ὥσπερ τινὰς ῥίζας εἰς τὸ σιμὸν τῶν ἑλίκων καταφύεσθαι συνέστη πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων αἱ ῥίζαι πρὸς μίαν ἀρχὴν ἀνήκουσιν ἑκάτεραι. Τὰς μὲν οὖν φλέβας οὐ χαλεπῶς εὑρήσεις ἁπάσας εἰς μίαν ἀθροιζομένας, τὴν ἐπὶ ταῖς πύλαις τοῦ Ἥπατος. Huic concinuit Theophilus noſter, de Corp. Hum. fab. lib. II. cap. x. Ex harum omnium venarum una quædam vena, ſeu arboris truncus enaſcitur, qui in ramos multos majores minoreſque dividitur. Hæc Truncalis (ut ita dicam στελεχιαία) in ſima jecoris parte ſcinditur. Notandum hanc venæ hujus appellationem ab Anatomicis fuiſſe ſerius invectam ante tamen Gal. tempora. Nam ita Galenus, loco ſup. laud. Ἐφ' ἥπατος μὲν κατὰ τὴν ἐπὶ πύλῃ φλέβα τὴν στελεχιαίαν ὀνομαζομένην ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἀνατομικῶν &c.

Ἐν ᾗ καὶ ἡ αἱματοπ. δυν.] Sic de Hum. Corp. fab. lib. II. cap. XI. eandem venam, Venam ſanguinem coquentem dixit. Et infra: Ἡ γὰρ στελεχιαία φλέψ, ἡ τὸ αἷμα κατεργαζομένη. Ita veteres opinati ſunt, aliter autem Neoterici. Vid. Gliſſon. Anat. Hep. cap. XXXV.

Ἐστὶ δὲ ἡ γένεσις αὐτοῦ τ.] Eandem Generationis Urinæ modum & Seri uſum tradidit, lib. I. de Hum. Corp. fab. cap. x. his verbis: Itaque poſtquam ſuccum Truncalis vena recepit, ipſum in ſanguinem mutat. Sanguis autem poſtquam factus eſt, dividitur, & ex ipſo levis pars & aerea, quæ flava bilis eſt, ſupernatat & in fellis veſicam per canaliculum in ipſam felleum excrementum derivantem, effunditur. Terrea autem craſſaque pars, & veluti fæx Sanguinis in fundum ſua gravitate decumbit, & jecore tanquam abundans excluditur, ſed à

Liene,

Liene, ſeu familiaris, per meatum in illum pertinentem attrahitur. Itaque in ſimis jecoris intra venam illam Truncalem ſanguis puriſſimus, cum aqueo excremento, relinquitur, idque altioris providentiæ opus fuit, ſiquidem cum ſanguis purior craſſus ſit, & cum in cavam venam permeare oporteat, anguſtiſſimique meatus ſint, quibus ea cum Caudicaria committitur, aqueo excremento, ut vehiculo ac duce indiguit, ut cum tenui corpore ſimul etiam craſſum pervaderet. Eadem Actuarius de Diff. Urin. lib. I. cap. IV. ubi, de Chylo intra hepar adducto verba faciens, ait; Hic igitur, ſi nihil impedimento fuerit, dum in ſanguinem alteratur quicquid tenue ac acrius in eo fuerit, id omne veſica bilem excipiens, ad gibbum hepatis collocata, attrahit, pauco admodum exactam illam ſeceſſionem ad aliquam utilitatem effugiente. Si quid autem terreſtris & melancholici humoris genitum ſit, id ipſum Lien, qui è regione adjacet, attrahit, naturalibus quibuſdam tractionibus, unoquoque id quod proprium eſt attrahente. Tertius vero qui ſeroſus humor eſt, relinquitur, quandoquidem tam ratione quam ſenſu compertum eſt ſanguinem craſſiorem eſſe ac ineptum ad penetrandas venas parvas, hunc vero humorem ſeroſum & facile tranſeuntem eſſe, tum ob id natura indiſcretum ipſum ſervavit; tum etiam quod ipſa erat à concavis hepatis partibus ad convenam Chymum trajectura ducente ſeroſo humore. Ambo ex Galeno, qui de Adm. Anat. lib. VI. ſic ait: Τούτων δὲ τῶν ὀργάνων, τὰ μὲν τὸ λεπτὸν καὶ κοῦφον αὐτῆς (τροφῆς) ἐκκαθαίρει· τὰ δὲ τὸ γεῶδες καὶ βαρύ· τὰ δὲ τὸ μέσον ἀμφοῖν, ὃ ὑδατῶδές τέ ἐστι καὶ ὀῤῥῶδες. Ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν τὰ μὲν πρῶτα ῥηθέντα, πόροι χοληδόχοι, καὶ κύστις ὁμοίως τοῖς πόροις χοληδόχος· δὲ τὸ γεῶδες καὶ βαρὺ τῶν τε σπλάγχνων ὁ σπλὴν, καὶ τῶν φλεβῶν ἡ κάτω μοῖρα προαπευθυσμένως· τὰ δὲ τὸ λοιπὸν τὸ τρίτον, οὐρητῆρες. καὶ νεφροὶ, καὶ κύστις.

Τοῦ αἱμ. κατασκευασθέντος] Perperam huc uſque editum eſt, καταχρισθέντος. Nam MS. Oxon. melius habet κατασκευασθέντος.

Λαμβ.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 175 sur 291

Λαμϐ. αὐτὸ ἡ χοληδόχος κύστ ] Ita ſcripſi pro χολιδόχος, cui etiam τὸ κύστις adjunxi. Morellus enim ediderat, λ. α. ἡ χολιδόχος δ' ſic & paulo poſt, Φαίη δ' ἄν τις εἰκότως διά τι τῆς χοληδόχου κύστεως vitioſe iterum ſcriptum erat χολιδόχος. Nullo modo, hoc in loco, audiendus Theophilus, cum veſicam felleam ex hepate bilem ſuam accipere tradit, διὰ τοῦ αὐτῆς πόρου, i. e. per meatum ejus, ſi modo porum biliarium intelligat, aut etiam ductum cyſticum. Bilem enim cyſti nequaquam ſuppeditant, ſed radiculæ quædam per hepar actæ hoc munus perficiunt, ipſi autem vel in Jecore ſeparatum; ad inteſtina deferunt. Ductus enim Cyſticus, & Porus Bilarius ad eliminandam bilem (hic ab Hepate, ille à veſicula) à natura deſignati, in ductum quendam communem coeunt, qui ad δωδεκαδακτύλου finem, & νήστεως principium oblique inſeritur. Idcirco haud ita proprie Galenus hos poros χοληδόχους appellavit, cum bili non tam retinendæ quam evacuandæ inſerviant. Porus iſte Bilarius dictus, ſi non vulvulam, ut quidam, certe annulum quendam fibroſum obtinuit, quæ bili intra veſiculam contentæ egreſſuræ cedit, regurgitanti vero aut quomodocunque ingreſſuræ obſtat; non tamen ita arcte comprimitur veſicæ collum, quin fel in eandem, digitorum preſſura, trudi poſſit, ut aliquando ſum expertus. De hoc vid. Clar. Gliſſon. Anat. Hep. cap. XIV.

Διὰ τοῦ αὐτοῦ πόρου] Intelligit, ni fallor, ramum Venæ Portæ ſplenicum; quod falſum. Nam lien quicquid ingreditur, recipit ex Cæliaca per arterias ſplenicas; quicquid vero egreditur, ad Hepar mittit per Venas.

Τοῦτο ἡ Φύσις ἀπεκράτησεν] Vocem ἀπεκράτησεν potius per *retinuit*, quam per *obtinuit* (ut Morellus, eumque ſecutus Chartarius) reddendam cenſui. Dicit enim Auctor, naturam, cùm Bilem & Melancholiam in hepate ſecerni voluerit, ſeroſi excrementi ſeparationem in uſum aliquem magnum cohibuiſſe, nimirum, ut craſſiori ſanguinis vehiculo ſit; quod ex eodem Theophilo, & Actuario, ſuperius firmatum.

Ἐ,

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 176 sur 291

Ἐν τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπατος κειμένη] Crediderunt Veteres Venam Portam, è ſimis hepatis partibus exortam, aſcendere non ultra medium ejus; venam vero Cavam, è gibbis ortam, deſcendere verſus idem medium tantum. Hoc autem à veritate alienum eſt & imaginarium totum. Rami ſiquidem Venæ Cavæ non minus perreptant ſima hepatis, quam gibba: quemadmodum Rami Venæ Portæ non minus gibba quam ſima; quod ut aliis, ita Jo. Ant. vander Linden, obſervatum eſt, Med. phyſ. cap. v. §. LXXXIX. Venam etiam portam ſupra cap. II. dixerat κατὰ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος κατεσπαρμένην.

Συμβάλλει κατὰ τὰ κλώνια] Obſcure vertit Morellus: *conjicit juxta ea quæ ad ſpinam dorſi vergunt.* Nos autem clarius: per ramulos ſuos Venæ Cavæ commiſcetur. Ἀναστομώσεις enim iſtæ ſignificantur, quibus Venæ duæ, Cava viz. & Porta, invicem committuntur. Seipſum explicat Theophilus, de Corp. Hum. fab. lib. II. cap. X. Ubi quod excrementum aqueum in jecinore non ſeparetur, altioris providentiæ opus eſſe ſtatuit; ſiquidem, ut procedit, cum ſanguis purior craſſus ſit, & cum in Venam Cavam permeare oporteat, anguſtiſſimique meatus (hos hic vocat πόρους στενοὺς καὶ τριχοειδεῖς) ſint, quibus ea cum caudicaria committitur (NB) aqueo excremento ut vehiculo ac duce indiguit, ut cum tenui corpore ſimul etiam craſſum pervaderet. Cap. autem XI. apertiſſime. At vena ſanguinem coquens, quæ & Caudicaria dici poteſt, in Cavo Jecoris in plures finditur; in Gibbo vero quæ Cava vocatur, atque inter ſe (NB) Caudicaria & concava oſculis venularum arctiſſimis committuntur. Per hæc ſane oſcula vena cava ex Caudicaria mundum concoctumque ſanguinem cum diluto illo excremento exhaurit. Voce συμβάλλειν de venis alibi uſus eſt Philoſophus; καὶ συμβάλλουσιν, inquit, ἀλλήλοις. Et Theophraſtus, de Cauſ. Plant. lib. V. de fluviis. Ὅπερ οἱ ποταμοὶ ποιοῦσιν οἱ συμβάλλοντες ἀλλήλοις. Idem quod fluvii faciunt inter ſe commiſſi. Eodem plane modo quo hic Theoph. de vena porta, συμβάλλει τῇ κοίλῃ φλεβί.



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 177 sur 291

De Anaſtomoſibus hiſce vid. Barth. Anat. Ref. lib. 1. cap. XIV. ubi multiformes commemorat. Negat autem Harvejus, Exerc. 1. de Circ. ſang. ad Riol. pag. CCV. Κλώνια ſubſtitui pro κλόνια, ut à Morello editum erat, & à Chartario prætervisum. Eſt enim κλώνιον diminutivum à κλών. Optime autem κλώνια ſive ramuſculi competunt Venæ illi, quæ σπληνικὴ, ſive Caudicalis dicitur.

Κατά τινας πόρυς τινὰς καὶ τρ.] Anaſtomoſes haſce negarunt Clar. Harvejus (ut dictum) Exerc. Anat. pr. ad Riol p. m. CCV. Riol. Enchir. Anat. lib. II. cap. XXIV. Gliſſon. Anat. Hep. cap. XXXIII. licet Bauhinus, Theat. Anat. lib. 1. cap. XLIV. Barth. Anat. Ref. lib. 1. cap. XIV. Et Jo. Ant. v. Lind. Med. phyſ. cap. V. p. LXXXIX. aliique aliter ſentiant.

Ο' παράκειται] Ita legi pro περίκειται. Habet autem Oxon. Cod. ὅπερ ἐπίκειται.

Α'νωθεν ἕως κάτω] Videtur aliquid heic deeſſe, quod figuram Lamboideam reſpiciat. Verſiones enim omnes quibus Græca non ſunt addita, ejuſdem meminerunt: ut & Cod. MS. Gr. Oxon. in Bibl. Bodl. Dubium autem cuinam corporis parti (futurâ ὁμωνύμῳ in capite excepta) Schema hoc tribuendum ſit; an Venæ Cavæ in crurales ramos divaricanti, an Emulgentibus, an denique ipſi Renum poſituræ. Scio quidem omnes quos conſului, iſtam Venæ Cavæ (addi poteſt & Aortæ) diviſionem hoc nomine appellaſſe. Hujus cenſus ſunt Jo. Gorræus, & ex illo Hen. Stephanus, item alibi, ni fallor, Doctiſſim. Vander Linden. Et ſane illorum opinioni favere videntur hæc Galeni verba lib. περὶ τῆς φλεβῶν ἀνατομῆς (Apud illum enim pro ν, cui diviſionem hanc comparat, pingendam puto litteram Λ. Bifurcatio enim iſta naſorum quam memorat τῷ ν, niſi inverſo, nequaquam reſpondet; eſt autem Nu inverſum Lambda, ſive, ut interdum vocatur, dempta m. Labda, aut mutata v. in u. lauda.) Α'λλ' ὅπως δίχα σχίζεται, λεκτέον ἤδη. Κατὰ τοίνυν τὰς ὑςάτας τῆς ὀσφύος σπονδύλους, ἐκ ἔτ' ὑποκειμένην ἐςὶν εὑρεῖν τὴν ἀρτηρίαν τῇ φλεβὶ, τοὐναντίον δ' ἅπαν

γινε-

γίνεται· μετέωρος μὲν ἡ ἀρτηρία κατὰ τῆς φλεβὸς ὀχεῖται. τὸν σπόνδυλον δὲ αὐτῶν ἡ φλὲψ ψαύει. τοίνυν καὶ σχίζεται κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἑκατέρων (legendum forſan ἑκάτερον) τῶν ἀγγείων διχῆ, καὶ γίνεται τὸ σύμπαν αὐτῶν σχῆμα τῷ ν (ſcribe Λ) στοιχείῳ παραπλήσιον. Diverſus Ariſtoteles Hiſt. An. lib. III. cap. IV. ſect. LXVIII. ex diviſione J. C. Scal. de hac figura ſic ait: μέχρι μὲν οὖν τῶν νεφρῶν μία οὖσα ἑκατέρα τείνει καὶ ἡ ἀορτὴ καὶ ἡ μεγάλη φλέψ· ἐνταῦθα δὲ πρός τε τὴν ἀρχὴν μᾶλλον προσπεφύκασι, καὶ σχίζονται εἰς δύο, ὥσπερ εἰς Λάμβδα ἑκάτεραι. Philoſophus autem hic à Scaligero falſitatis arguitur, quod venam Cavam & Aortam ad renes bifurcatam dixerit, cum tamen ita diviſæ non ſint, donec ad os ſacrum pervenerint, juxta quod in Iliacas dictas ambæ diſtrahuntur. Ariſtotelem vero Jo. Ant. V. Linden, pro ſua qua Veteribus ſubvenire ſolet promptitudine, defendit. Non dicit (inquit Med. phyſ. cap. XVI. §. CCXLIX.) ad renes bifurcari, ut poſſit falſitatis argui. Imo conjunctiva manifeſto oſtendit velle non prius ſcindi, quam prætergreſſam Renes, in quos jacit anchoras. At vero idem Autor cap. præc. de Vena Cava dixerat diſerte: Κατὰ δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν νεφρῶν σπόνδυλον σχίζεται διχῆ; cui Aortam ſuis ramificationibus reſpondere inferius affirmat. Videtur autem hic de Crurali diviſione capiendus; nam paucis interjectis, addit: Αἱ δὲ σχίσεις ἑκατέρας τῆς φλεβὸς τείνουσιν εἰς τὸ ἰσχίον ἑκάτερον, καὶ καθάπτουσιν εἰς τὰ ὀστῶν ἑκατέρων. Et tum ad Emulgentes procedit: Φέρουσι δὲ, inquit, καὶ εἰς τοὺς νεφροὺς, ἀπὸ τῆς μεγάλης φλεβὸς, καὶ τῆς ἀορτῆς φλέβες &c. Et quidem licet diviſionem *Iliacam* nuncupatam Λαμβδοειδῆ vocari poſſe haud iverim inficias, cum figura iſtam literam ſatis apte referat, nomen tamen hoc & parti alteri, ſi non ab Ariſtotele, certe aliis impoſitum jure ſuſpicor. Quid enim Venæ Cavæ in Crura abituræ cum Urina, cum infra renes ſit? Hoc autem ſchema lambdiforme circa Urinam occupari, mox patebit. Conjecto itaque aut emulgentes, aut renum poſituram ita nominari. De Renibus hic Theophilus. Nam in verſione MSta hæc verba leguntur. Cum impelli-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 179 sur 291

pellitur aquoſa ſuperfluitas ad ramum chilis venæ, quæ adjacet Spinæ dorſi à ſurſumuſque deorſum, & per ipſum, & per meatus lumborum dexter & ſiniſter ſecundum Laudam literam Græcorum poſiti, in poſitione ſua trahunt per ipſos à chili vena lumbi hujus ſuperfluitatem. Ad quem locum vetuſtior quædam manus in ora libri annotarat: Lumbi poſiti in ſua poſitione S. dextrorſum & ſiniſtrorſum ſecundum laudam literam Græcam, quæ talis Λ, trahunt hujuſmodi ſuperfluitatem à chili vena per ipſos S. per ipſum ramum nondum bifurcatum, & per meatus lumborum S. per dextrum ramum & ſiniſtrum ibidem bifurcatos & directos ad Renes. Codex etiam Gr. MS. poſt vocem *κάτω*, hæc habet: *κατ' αὐτὸ καὶ οἱ νεφροὶ δεξιός τε καὶ ἀριστερὸς, καὶ* (lege *κατὰ*) *τὸ Λάμβδα γράμμα σχηματισθέντες ἐν τῇ θέσει αὐτῶν, ἕλκουσι δι' αὐτῶν ἀπὸ τῆς κοίλης φλεβὸς, οἱ νεφροὶ τὸ τοιοῦτον περίττωμα, εἶθ' οὕτως εἰδοποιήσαντες αὐτὸ οἱ νεφροὶ, καὶ εἰς οὔρου σύς* &c. Veriſimile itaque videtur veteres autumaſſe vaſa emulgentia ex vena cava & Aorta utrinque prodeuntia una cum renibus appenſis figuram illam conſtituere; quam Lambdoideam nominabant. Clarum eſt, quod Torinus auctorem de Emulgentibus intellexerit. Nam locum non tam vertit, quam *παραφράζει*, in hunc modum: Ubi vero eadem ſuperfluitas in ramum venæ Cavæ, qui ſpinæ dorſi incumbit, & à ſummo deorſum progreditur, in renumque oppoſito in duplicem propaginem ſcinditur in Λ Græcæ literæ figuram (quarum altera ad renem dextrum, altera ad lævum fertur, per quos meatus è grandiori & concava vena aquoſum ſuperfluum in ſinus renum derivatur) fuerit intruſa, accipientes ipſum renes, bella metamorphoſi in Lotii ſubſtantiam tranſmutant. Quod emulgentium deſcriptioni à Theophilo de Corp. Hum. fab. lib. II cap. XII traditæ optime quadrat. De venæ enim Cavæ trunco verba faciens ait: Ex hoc magno rivo per ſpinam deſcendente duo vaſa egrediuntur, in dextrum unum, alterum in ſiniſtrum, ſingulumque in Renes inſeritur. Igitur à Renibus per hujuſmodi fiſtulas

aqueum

aqueum ſanguinis excrementum attrahitur. Hæc ille; nullibi tamen in iſto opere, quod ſciam, Lambdoideam appellat. Quin & de Emulgentibus, ut videtur, intelligendus Actuarius, (falluntur itaque, meâ ſententiâ, qui de Cruralibus exponunt) cum ajat, de Diff. Ur. lib. I cap. III. Quæ (natura viz.) conjunctos humores parum alteravit in Venæ Cavæ ramo, qui, à figura Lambda Græcæ literæ, Lambdea vocatur, conceſſit Renibus ut traherent & ſecernerent ſeroſum humorem. Quantum vero ſanguinis reſtitit, id per venam Lambdeam, atque amplum cordis, cæteris, quæ deinceps ſunt, venis diſtribuit. Quo loco idem vas ſanguinem ad renes vehere & inde reducere perperam affirmat, niſi veterum more, venarum nomine etiam arterias amplectitur. Fatendum interim emulgentia vaſa & renes figuram τοῦ Λ inepte ſatis exprimere. Niſi de emulgentibus renes ipſos jam ingreſſuris capiamus, quo loco literam iſtam magis referunt, & veriſſimum puto.

Οἱ νεφροὶ τὸ τοιοῦτον περίττωμα δέχονται.] Ita Theoph. de Hum. Corp. fab. lib. II cap. XII. Quamobrem renes quod attraxerunt capientes in ſuam ipſorum ſubſtantiam convertunt, & in Urinæ formam permutant. Hanc ipſi Renes ſejungunt per Urinarios meatus in Veſicam Urinæ receptaculum emittentes.

Ὁποῖον δεῖ εἶναι καὶ ὁριστ.] Morellus ediderat ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸ ἄριστον οὖρον. Et conſequenter verterat; (Dicamus) qualem eſſe oportet optimam Urinam. Chartarius vero chaſma hoc in loco ſubolfaciens ſupplevit καὶ ὁρίσασθαι poſt verba δεῖ εἶναι; & tranſtulit, qualem eſſe & definire oportet optimam urinam. Et ita quidem legitur in Oxon. Cod. Forſan autem illud ὁρίσασθαι mutandum in ὁρισώμεθα aut ὁριζώμεθα, ut conforme reddatur τῷ εἴπωμεν, quod præceſſit, præſertim cum verſionis MS. autor vertat per *definiamus*. Sed utro modo legatur, non multum intereſt.

Ἄριστόν ἐστι καθ. Φ. Ἱπποκ.] Urinæ optimæ definitio hæc occurrit apud Hipp. lib. prænot. his verbis: Τὸ δὲ οὖρον ἄρι-

ἄριστόν ἐστιν, ὅταν λευκή τε ἡ ὑπόστασις εἴη καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ; quibus ſubjungit, παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐς τ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. His Theophilus ad definitionis complementum ſuperaddit, conſiſtentiam mediocrem, & congruum colorem.

Διὰ τὴν στιλπνότητα] Στιλπνότητα ſive ſplendorem nacta eſt Urina à flavedine, quam & illa colori ruſo acceptam refert, ex quo & rubro componitur. Pſeudo-Galenus lib. de Ur. cap. III. Τὸ δὲ ξανθὸν ἴδιον ἔχει καὶ ἐξαίρετον τὸ μίγμα, ὡς εἶναι δύο χρωμάτων τοῦτε πυῤῥοῦ καὶ τοῦ ἐρυθροῦ, ὅθεν καὶ στίλβον αὐτὸ κέκληκεν ὁ Γαληνὸς ἐν τῷ περὶ κρίσεων. Εἰκότως γὰρ καὶ στίλβει· καταλαμπρότερον γὰρ ὑπὸ τοῦ πυῤῥοῦ. φαιδρύνεται δὲ ὑπὸ τοῦ ἐρυθροῦ. Actuarius, de Cauſ. Urin. lib. I cap. V. Lotii ſplendorem ſcribit à ſanguine profectum, ſi modo in quantitate mediocri commiſſus ſit. Colores, inquit, Urinarum eo uſque participant ſanguinis apparentiam, quouſque ſplendor humorem radians pulchre facit. Id autem eſſe ſanguinis munus creditur iis, qui recte judicare noverunt. Addit. Atque hæc ſunt dicta de Temperata Urina, de qua hoc in loco Theophilus agit. Item de Ur. Jud. lib. I cap. XII. Concoctione humorum corporis recte facta color decens ſplendet in humore Urinæ.

τὸν χρόνον] Quod ad tempus, dicit Hipp. lib. prænot. quod in Urina optima hypoſtaſis debet eſſe alba, lævis & æqualis παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐς τ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος.

Ἐπακολουθοῦν] Sic reſtitui loco ὑπακολουθοῦντα. Cod. Oxon. habet ἐξακολουθοῦν. Vitioſe vertit Morellus, ob fulgorem & Tempus pariter conſentaneum; nam Urina præceſſit. Melius Chartarius, & convenienti tempore reddita. Nos autem Morelli *conſentaneum* in *conſentanea* mutavimus, Urina viz.

Ὑπόπυῤῥον καὶ ὑπόξανθον] Morellus & Chart. ὑποπ. καὶ ξανθόν. Reſtitui vero ὑπόξανθον, & quidem ipſius Galeni auctoritate, qui lib. I de Criſ. cap. XII ſic ait: Τὸ μὲν δὲ κάλλιστα πεπεμμένον ἐν τοῖς ἀκριβῶς ὑγιαίνουσι σκοπεῖσθαι προσήκει. Τοιοῦτον δ' ἐστὶν ὑπόπυῤῥόν τε ἅμα καὶ ὑπόξανθον, καὶ

πλεῖον

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 182 sur 291

πλέον γε ὑπόπυῤῥον, ἢ ὑπόξανθον. Item non multo poſt: Τὸ δὲ ἄριςον ἁπάντων τῶν οὔρων ὑπόπυῤῥόν ἐςι, καὶ ὑπόξανθον. Et Ætius lib. v cap. XXVIII. Οὖρον μὲν ὖν ἄριςόν ἐςι τῶν ἐν ὑγιεινῇ καὶ εὐεξίᾳ διακειμένων ἀνθρώπων τὸ ὑπόπυῤῥόν τε καὶ ὑπόξανθον. Actuarius etiam idem confirmat De Jud. Urin. lib. I cap. III. Sin vero Urina magis tingitur, capitque ſubſtantiam mediocrem, tunc apparet ſubaurea & ſubcrocea, qui colores ſunt perfectæ concoctionis, ſignificantes toti corpori ſanitatem certam ineſſe. Et cap. III. Hominis exacte ſani Urinam affirmat ſubauream vel ſubcroceam.

Ὁ δὲ Μάγνος τὸ πυῤῥόν τε, καὶ Ὑπόπυῤῥον] Hinc apparet Magnum Mæſenum quem vocant & Emeſenum eundem plane eſſe cum Magno quem laudat Theophilus, quicquid fuerit de illo qui audivit. In Compendio enim de Urinis ἀνεκδότῳ eidem attributo hæc verba leguntur: Ἵνα δὲ σαφῶς τὰ περὶ φύσιν οὖρα (lege τὰ παρὰ φύσιν οὖρα) διαγινώσκῃς, πρῶτον δεῖ σε μαθεῖν ὁποῖόν ἐςι τὸ ἄριςον οὖρον, καὶ τῦτο ἴςω σοι κανὼν καὶ τύπος· ἐὰν γὰρ αὐτὸς εὑρέσῃς, τοῖς ἄκρως ὑγιαίνουσιν οὖρον οὐ πάνυ παχὺ ἀλλὰ μέσον, χρῶμα δὲ Πυῤῥὸν ἢ Ὑπόπυῤῥον μετὰ ςιλβότητος &c. Colorem *Aureum*, aut *Subaureum*, Magnus hic præfert, ex mente Theophili, qui Magni hujus *Emeſeni* teſtimonium, de hac re in ſcenam producit.

τῶν τεσσάρων τούτων] Colore ſubaur. ſubflavo, aureo & ſubaur. Porro quatuor Urinæ optimæ attributa, ſuperius memorata, ſunt Conſiſtentia, Sedimentum, Color & Tempus.

Χύμα ἐκάλεσαν] Difficillimum eſt τὸ χύμα, hac notione in Lexicis reperire. Ita tamen eſt, ut ait Theophilus; Urinæ ſiquidem humiditatem, eſſentiam, fluorem ſive corpus deſignat. Pſeudo-Gal. περὶ οὔρων cap. 7. Τῶν οὔρων αἱ διαφοραὶ, πολλαὶ μὲν κατὰ μέρος, αἱ δὲ πρῶται δύο, χύμα δὲ καὶ παρυφιςάμενον. καλῶ δὲ χύμα αὐτὸ τὸ οὖρον. Actuarius etiam de Diff. Ur. cap. IX. Cur Urinæ, dum calidæ ſunt, tenues appareant, rationem reddens, ait: Τὸ γὰρ φυσικὸν θερμὸν οὐκ ἐᾷ τὸ χύμα συνίςαϑαι καὶ παχύνεσθαι.

 Ubi

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 183 sur 291

Ubi Interpres χυμα tranſtulit per Urinæ corpus. Quin & Ætius Amidenus lib. v. cap. xxviii. memorat τὸ χυμα ἀνώμαλον. Κακόχρουν χυμα, cap. xxx. σύςασιν τοῦ χύματος, cap. xxviii. μέσον τοῦ χύματος, cap. xxix. Et ἐπιφάνειαν τοῦ χύματος Ib. Ita enim legendum, & non ut vitioſe in impreſſis, χήματος; ut ex Bibl. Bodl. MSto didici. Sic & cap. xxx. ubi hæc verba occurrunt, ἐφίςαται ἐπὶ πολὺ τοῦ χήματος, lege χύματος. Galenus voce κεχύμωται de exacta Urinæ conſiſtentia uſus eſt lib. i. de Cr. cap. xii. de Urina optime cocta, εὐθὺς δὲ τοῦτο, ait καὶ πάχους (lege πάχος) ἔχει συμμέτρως· τὸ δέ τοι λεπτότερον ἢ παχύτερον αὐτοῦ πέψιν ἐνδεῆ σημαίνει. Τὸ μὲν γὰρ οὔπω κεχύμωται, Τὸ δὲ ἔτι τετάρακται. Pſeudo-Galenus, de Ur. cap. iii. vocat Ὑπόχυμα. Αὗται μὲν οὖν, inquit, εἰσὶν αἱ ἁπλαῖ τοῦ ὑποχύματος διαφοραί.

Ὅτι κεχῦσθαι ἐν αὐ. τὸ θ.] Scriptum erat prius, ὅτι τὸ κεχ. ἐν αὐτῇ θεωρεῖται. Sed mutandum τὸ in τί: aut forſan legendum χῦμα ἐκάλεσαν παρὰ τὸ κεχῦσθαι, ὅτι κεχυμένον τὶ ἐν αὐτῇ θεωρεῖται. Quoad priorem partem audi Pſeudo-Galenum cap. i. καλοῦσι δὲ χυμα αὐτὸ τὸ οὖρον παρὰ τὸ κεχῦσθαι. Quoad poſteriorem vero, verſionis MStæ autorem, qui verba tranſtulit, quod effuſum quid in eo conſpiciatur. Ratio appellationis hinc petenda, vel quia apparet ut quid fuſum aut liquatum; vel quia quod è corpore effunditur in illa obſervatur.

Πρῶται διαφ. δ.] Pſeudo-G. cap. i. διαιρεῖται μὲν ἡ σύςασις εἰς λεπτότητα, παχύτητα, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων, σύμμετρον.

Ἐξ αὐτῶν] Ita legi pro αὐτῆς.

Αὐτὴ ἡ συμμ.] Pſeudo-Gal. loc. cit. Ἀλλὰ μὲν σύμμετρον, ἐπειδὴ κατὰ φύσιν ἐςιν, ἀδιαίρετον ὑπάρχει.

Ἡ δὲ λεπτὴ σύςασις ἢ ῥεῖται λ.] Morellus quotieſcunque occurrit verbum ῥεῖται ridicule (Sit verbo venia) illud tranſtulit, *non fluit*, aut *non funditur*; ac ſi duæ voces eſſent, cum unica ſit, & tertia ſingularis τοῦ ῥέομαι. Auctor libri de Urinis Galeno adſcripti omnem dubitationem tollit. Τὸ δὲ τὸ λεπτὸν, ait loc. cit. καὶ παχὺ τέμνεται διχῆ· τὸ μὲν λεπτὸν ἢ ῥεῖται λεπτὸν καὶ μένει

ται λεπτὸν, ἢ οὐρεῖται λεπτὸν καὶ ἀναθολοῦται. καὶ παχὺ γίνεται. Τούτων μὲν τὸ πρότερον (procedit cap. II.) ἐσχάτην ἀπεψίαν δηλοῖ· οὐ γὰρ ἐνεχείρησεν ὅλως ἡ φύσις ἐπὶ τούτου πρὸς τὴν πέψιν. τὸ δὲ δεύτερον ὃ ἐστι λεπτὸν, ἀναθολούμενον δὲ δηλοῖ τὴν φύσιν ἄρχεσθαι πέττειν. Utrumque lotium inconcoctum Galenus verus pronunciat, lib. I. de Cr. cap. XII. his verbis. μάθοις δ᾽ ἂν ἐκ τῶν ἀποκρινομένων μὲν λεπτῶν τε καὶ καθαρῶν, μετὰ ταῦτα δ᾽ ἤτοι μενόντων ἀεὶ λεπτῶν, ἢ μετ᾽ ὀλίγον ἀναθολουμένων, ὡς ἀμφότερα μὲν εἶναι ἄπεπτα. διαφέρει δὲ τῷ τὸ μὲν (lege τὸ μὲν, τῷ) οὐκ ἐγχειρεῖσθαί πω πέττεσθαι· τὸ δὲ, ὅτι φυσώδη αὐτῷ πνεύματα ἀναμέμικται ταραχή τις, οἵα καὶ τοῖς νέοις οἴνοις ἔτι ζέουσι γίγνεται.

Ὁσαύτως καὶ ἡ παχ. τεμν. δ.] Iterum Pſeudo-Gal. cap. III. Τὸ δὲ παχὺ καὶ αὐτὸ παραπλησίως τῷ λεπτῷ ἢ οὐρεῖται παχὺ καὶ μένει παχύ. ἢ οὐρεῖται μὲν παχὺ (hæc enim omnino ſupplenda) καθίσταται δὲ καὶ γίνεται λεπτόν. καὶ δηλοῖ τὸ μὲν πρότερον ἀκμάζειν· τὸ δὲ δεύτερον τὴν τῶν παχέων χυμῶν ζύμωσιν, ἄρχεσθαι δὲ τὴν διάκρισιν. Suſpicor autem legendum: καὶ δηλοῖ τὸ μὲν πρότερον ἀκμάζειν τὴν τῶν παχέων χυμῶν ζύμωσιν. Τὸ δὲ δεύτερον, ἄρχεσθαι δὲ τὴν διάκρισιν. Certe Galenus ipſe lib. I. de Cr. cap. XII. hæc habet. Τὸ μὲν γὰρ εὐθὺς καθιστάμενον ὀλίγον ἔτι τῆς ἀνωμάλου ταραχῆς ἀπολείπεσθαι δηλοῖ. Τὸ δὲ ἀεὶ διαμένον ὅμοιον, ἀκμάζειν ἔτι τὸν ἐν τοῖς αἵμασι σάλον ἐνδείκνυται. Aut (ut ex Compendio libri de Urinis ſupplementum fieri poſſit) καὶ δηλοῖ τὸ μὲν πρότερον ἀκμάζειν τὴν τῶν παχέων χυμῶν ζύμωσιν· τὸ δὲ δεύτερον παρεῖναι μὲν τὴν τῶν παχέων χυμῶν ζύμωσιν, ἄρχεσθαι δὲ τὴν διάκρισιν. Ita enim in Compendio legitur. Τὸ οὐρούμενον παχὺ, καὶ μένον παχὺ δηλοῖ ἀκμάζειν τὴν τῶν παχέων πνευμάτων τε καὶ χυμῶν ζύμωσιν· τὸ δὲ οὐρούμενον παχὺ καὶ ὕστερον ἀποκαθιστάμενον δηλοῖ παρεῖναι μὲν τὴν τῶν παχέων χυμῶν ζύμωσιν, ἄρχεσθαι γὰρ (lege δὲ) τὴν διάκρισιν. Pſeudo-Gal. iterum cap. XLVII. Τὸ παχὺ οὐρούμενον καὶ καθιστάμενον (lege, μὴ καθ-) οἷον ὑποζυγίου δηλοῖ τὴν τῶν παχέων πνευμάτων τε καὶ χυμῶν ζύμωσιν· τὸ δὲ οὐρούμενον παχὺ καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκαθιστάμενον (lege ἀποκαθιστάμενον) παύεσθαι μὲν τὴν ἐν τοῖς χυμοῖς ζύμωσιν, καὶ δηλοῖ πῶς ἄρχεσθαι τὴν διάκρισιν. Ἔχουσα ταραχὴν Theophi-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 185 sur 291

phili, τῷ ἀκμάζειν Galeni reſpondere videtur. Galenus loco laudato tres Urinæ turbidæ differentias commemorat, viz. turbidas mictas & brevi ſubſidentes, turbidas mictas & ita manentes, vel claras redditas & poſtea incraſſatas. E quibus ultima peſſima, optima prima, media mediocris. Ultima autem quam peſſimam indigitat πλεονάζειν videtur, cum Urinis tenuibus illam ſupra accenſuiſſet. Actuarius de Diff. Ur. cap. IX. numerum binarium cum Theophilo eſt amplexus. Craſſeſcentium, inquit, aliquæ tenuantur, aliquæ indiſcretæ ut in principio erant manent. Quæ vero tenuantur, aliæ quod craſſius continebant, id in fundum matulæ colligunt, ſed ipſæ etiam craſſæ reſtant aut turbidæ, aut temperatæ: aut tenues remanent craſſitudine tota in fundum concedente. Galenus Com. ad Aph. LXX. Sect. IV. de Urinis craſſis ſic ait: Τινὰ μὲν ἐν τῷ πάντων οὔρων ἐπὶ πλεῖστον ἀνατεταραγμένα μένει· τινὰ δὲ ὑπόστασιν ἴσχει παχεῖαν διὰ ταχέων, καὶ δηλοῖ βοηθέως λυθήσεσθαι τὸ νόσημα· τὰ δὲ ἕτερα τὰ μὴ καθιστάμενα, σὺν μὲν ἰσχυρᾷ τῇ δυνάμει μηκυνεῖσθαι τὸ νόσημα δηλοῖ· σὺν ἀσθενεῖ δὲ, τεθνήξεσθαι τὸν κάμνοντα.

Τὴν μὲν ταρ. διακρ. τὴν δὲ αἱμ.] Galenus loco nuper citato; Τὸ δ᾽ οὐρούμενον μὲν θολερὸν, εὐθὺς δὲ ὑπόστασιν ἴσχον χρηστὴν, οὐκ εἰς μακρὰν πεφθήσεσθαι δηλοῖ τὸ νόσημα. Non capio oppoſitionem aliquam inter Urinæ hujus ſignificata, utcunque inſinuatam per particulas μὲν & δὲ, ideoque in verſione neglexi.

Ἡ μὲν οὖν λεπτὴ καὶ λευκὴ σύστασις τοῦ οὔρου πολλὰ σημαίνει] Jam conſiſtentiæ cum coloribus complicationes aggreditur, & primo quid tenuis Conſiſtentia colori albo conjuncta ſignificet, declarat. ait enim denotare plurima. Sic & Pſeudo-Gal. cap. IV. Ἔστω μὲν οὖν πρότερον ἐν τῇ συστάσει ἄπεπτον, καὶ γινέσθω λεπτὸν, καὶ τούτου μένοντος λεπτοῦ, ἀμειφθείτω τὸ χρῶμα καὶ ἔστω τελέως λευκὸν, ὡς εἶναι αὐτὸ λεπτὸν καὶ λευκόν. Τὸ τοιοῦτον οὖρον πολλὰ σημαίνει.

Οὖρον γὰρ ἐλθὸν πολὺ καὶ λ.] Chartarius parum apte & ni fallor contra mentem Theophili, poſt ἐλθὸν inſeruit particu-

ticulam negativam οὐ. Legit enim οὖρον γὰρ ἐλθὸν οὐ πολὺ καὶ λ. Et vertit: Urina quæ fuſa eſt non valde candida & tenuis. Voluit autem hic Theophilus præter urinæ albedinem & tenuitatem, etiam copiam ejuſdem deſignare. Idem & Hippocrates teſtatur præd. lib. II cap. IV, ubi de urinâ ait: Εἰ δὲ εἴη ὑδατῶδές τε καὶ πλεῖον τοῦ προσαποφαίνεσθαι, σημαίνει μὴ πείθεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἀλλὰ πλεῖον ποτῷ χρῆσθαι, ἢ οὐ δύνασθαι ἀναστραφῆναι ἐς τ' ἂν τὰ τοιαῦτα ποιῇ τὰ οὖρα, (lego, τῶν οὔρων, & verto, quamdiu tales urinas reddiderit; ſic lib. præn. τὰ μέλανα τῶν οὔρων vocat urinas nigras.) Patet etiam ex Actuario, qui non ſolum copiæ urinæ, ſed & albedinis, & tenuitatis etiam, meminit. Ait enim lib. I de Jud. urin. cap. XI. (quo loco de judiciis ab urinæ magnitudine & parvitate agit) urina ſi major viſa ſit exiiſſe in ſanis corporibus, ſignificat multum bibitum eſſe, præſertim ſi vinum fuerit exile, cujus urinæ color ad album tranſmutatur, atque conſiſtentia ad tenue. Item cap. XII. Alba urina in iis qui ſani ſunt ſemel apparens ſignificat multam vini potionem, præſertim vini exilis, & judicii hujus fidem faciet ipſa urinæ magnitudo. Clarum eſt igitur legendum apud Theophilum, οὖρον γὰρ ἐλθὸν πολὺ καὶ λευκὸν καὶ λεπτόν.

Πολυποσίαν σημαίνει μετὰ δαψιλοῦς τροφῆς.] Actuarius, de cauſ. urin. lib. I cap. IV. Urina tum profluit multa (NB) cum homo uſus fuerit cibis multis, præſertim humidis, atque potu largiore, maxime ſi vinum aquoſum eſſe contigiſſet. Rationem reddit verbis ſequentibus: Demonſtratum autem eſt aliis in locis, ut cibi boni & humidiores maxime omnium & nutriunt & diffluunt. Vinum vero potius quam cætera nutrit atque citius diſpergitur. Quamobrem par eſt, ut vinum abunde bibitum etiam abunde mingatur, quemadmodum ad id ipſum aqueum vinum maxime habile reperitur. Ergo decens eſt, ut Urinæ appareant majores, & tenuiores & decoloratiores. Sic & lib. II cap. XII. Eorum qui multum comederunt, & non concoxerunt, Urinæ albæ, tenues, & hypoſtaſi privatæ ſpectantur.

Καὶ

Καὶ μάλιστα εἰ ἔστιν ὁ οἶνος ἐξίτηλος] Τὸ ἐξίτηλος, Ambr. Leo Nolanus Actuarii interpres vertit per *exile & tenue*. Alii *ſubtile*. Gentilis Com. in Ægidii carmina de Urinis MS. de Urina alba tenui ſecundum Hippocratem: Urina talis ſignificat cibum largum & potum præceſſiſſe, maxime ſi vinum ſit *ſubtile*, quia citius penetrat. Proprie autem hæc vox dicitur de purpura quæ colorem vividum, quem ab infectoribus nacta eſt, amiſit. Phavorinus, Ἐξίτηλος, ἀμαυρὰ, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. Ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς πορφύρας, ἥτις μὴ ἔχουσα τὸ δευσοποιὸν βάμμα τοῦ χρόνου, ἐξίησι τὸ τέθηλος. Pene quot verba, tot menda. Lego, ἥτις μὴ ἔχουσα τὸ τῆς δευσοποιοῦ βάμμα, τὸ χρῶμα ἐξίησι τοῦ ἐθήλου vel θήλου. Ita enim etymologici Magni autor: Ἐξίτηλον, τὸ ἀφανές· παρὰ τὸ ἐξιέναι τοῦ δήλου ὅ ἐστι τοῦ φανεροῦ, ἢ παρὰ τὸ ἔξω εἶναι, ἢ τὸ ἀμαυρὸν καὶ ἐγγὺς ἀφανισμοῦ· ἐξίτηλα παρὰ τῷ Θεολόγῳ, ἤγουν ἀφανῆ, εὐτελῆ, χαῦνα ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς πορφύρας ἥτις ὅταν μὴ ἔχοι τὸ τῆς δευσοποιοῦ βάμμα τὸ χρῶμα ἐξίησι τοῦ ἐθήλου, (l. θήλου) ὅ ἐστι τοῦ ὁμοίου. Et (quod ad propoſitum noſtrum propius ſpectat) addit: ἐξίθηλος οὖν καὶ ἐξίτηλος οἶνος ὁ ἀνόμοιος αὐτῷ. Hinc ἐξίτηλος ad alia ſignificanda transfertur, præſertim vero quæ à bonitate priſtina defecerunt. Dioſcorides, lib. v. cap. XIII. de lora, quæ cito exoleſcit. Ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται. Et alibi; medicamenta quæ virtutem, qua operari ſolent, amiſerunt, vocat ἐξίτηλα. Suidas, quem Etym. Magn. autor Theologum appellat, exponit (ut dictum) ἀφανῆ, εὐτελῆ, χαῦνα. Et Heſychius interpretatur: ἀσθενῆ, ἀνόητα, ἄχρηστα, ἀδόκιμα, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. Et ἐξίτηλον, ἔξαλλον, ἀλαμπρὸν, ἢ τὸ ἀπολλύμενον, παρὰ τὸ ἐξιέναι, ὅ ἐστιν ἐξελθεῖν, ἀνόητον. Item Ἐξίτηλος, ὑπερήφανος, βλὰξ, διεφθαρμένος. Ex dictis patet cur οἶνος ἐξίτηλος *vinum decolor & vappeſcens* reddidimus. Includitur etiam exile & tenue, unde Actuarius vinum quod de Jud. Ur. lib. I cap. XI & XII. Ἐξίτηλον nominaverat, de Cauſ. Ur. lib. I cap. IV. ὑδαρὲς appellat. Τὰ ἐρατεινὰ, inquit, τρέφουσι πλείονα, ὁπόταν πλείονι τροφῇ καὶ

μάλι-

μάλιστα ὑγρότερα καὶ πολυποσία εἶναι, καὶ μᾶλλον εἰ ὑδαρὴς ὁ οἶνος τυγχάνῃ, ὃν ἂν ὁ ἄνθρωπος χρῆσηται.

Τὰ γὰρ ὑδατώδη οὖρα τοῖσι παιδίοισι κάκιστα.] Ex Hipp. Prognoſtico ſive prænotionum libro, ubi ſic ait: Ἔστι δὲ τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. Quod ideo fieri Galenus in Com. monet, tum quoniam à naturali puerorum Urina plurimum recedit, κατὰ φύσιν γὰρ, inquit, αὐτοῖς ἐστὶν οὖρον παχύα τε καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχοντα: cùm quod nativi caloris, cujus ope pueri celeriter concoquunt, defectum inſignem arguat. Ἐπὶ δὲ τῶν παιδίων, ait, καὶ δι' ἄλλην αἰτίαν ὀλέθρια τὰ ὑδατώδη. Τάχιστα γὰρ ἐπ' αὐτῶν πέττεται πάντα, διὰ ῥώμην τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως. αἱ πέψεις δὲ παχύνουσι οὐκ οὖρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ διαχωρήματα τοῖς εὐπεπτοῦσι διὰ γαστέρα. Concludit itaque; Ἐὰν οὖν φαίνηται τοῖς παισὶ τὸ οὖρον ὑδατῶδες, ἐπὶ πλέονα χρόνον παραμένον, ὡς μηδεμίαν μεταβολὴν ἴσχειν ἐπὶ τὸ παχύτερον, ὀλέθριον γίνεται τὸ σημεῖον.

Ἀσθένειαν δυνάμεως ὡς ἐπὶ τοῦ κατὰ φ. γήρ.] Quod hoc in loco ſibi velit autor, ut mihi videtur, hoc eſt; Dicit Urinam albam & tenuem ſenectutem duplicem ſignificare; naturalem nimirum unam, quæ ab ætate fit, & temporis progreſſu: alteram præternaturalem, quæ morbi chronici tyrannide infertur. Morbo ſiquidem diuturno laborantes viribus fracti, & imbecilles redditi, *Ante annos animumque gerunt vultumque ſenilem.* Per affectum dictum *ſenium ex morbo*, maraſmum frigidum intelligit, quem apud Galenum legimus ita nuncupatum. Ait enim lib. de Maraſmo, Ἑτέρα δέ τις ἀνάλογος γήρᾳ διάθεσις, ἣν οὐδὲν χεῖρον ὀνομάζειν ἐκ νόσου γῆρας. Quo loco hunc maraſmum à febre marcida diſtinguit. Item Meth. Med. lib. x Θεραπεύειν οὖν καὶ τούτους μετὰ προῤῥήσεως εἰς ἕτερον μεθιστάντας μαρασμόν. ὃν ἤδη καλεῖν ἔθος ἡμῖν ἐστὶν ἐκ νόσου γῆρας. Libro etiam de Mar. immedicabilem pronunciat. Quoniam in illo perfecto, ut

in

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 189 sur 291

in extrema ſenectute, humidum, quod vocant, radicale abſumitur, & calidum innatum extinguitur, unde frigiditas & ſiccitas illum, non ſecus ac ſenium, neceſſariò comitantur. Εἰ δ', inquit, ἀποτελεσθείη γῆρας ἐκ νόσου, τὸ μὲν ἀκριβῶς γεγονὸς ἀδύνατον ἰάσασθαι. Exemplum tamen Juvenis eodem laborantis exponit M. M. lib. x. cujus vitam ſcribit ſe in annos quoſdam prorogaſſe. Νεανίσκον, ait, ἐγώ τινα τῶν οὕτως ἐχόντων ἰασάμενος, εὐθὺ ἐξῆς ἀνακομίζων καὶ οἷον γηροτροφῶν αὐτοῦ τὴν πρεσβυτικὴν ἀσθένειαν, οὐ μόνον εἰς μῆνας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτη διεφύλαξα ζῶντα. De hoc affectu paſſim alibi Galenus, quem videſis. Vocatur ſenium quoniam illo laborantes eodem modo & afflicti ſunt, & tractari debent, ac ſenes. Quin & Actuarius de Jud. Urin. lib. I cap. XII duplicem ſenectam, κατὰ φύσιν viz. & ἐκ νόσου, memorat. Εἰ δ' ἀμυδρὰ, inquit, τις εἴη πάνυ καὶ ἀσαφὴς ἡ ὑπόστασις, αὐτὰ δὲ πάνυ λευκὰ, ἢ τὸ κατὰ φύσιν, ἢ τὸ ἐκ νόσου, γῆρας ἀποφαίνειν ἄν. Item lib. II cap. I Τὰ παραπλήσια γὰρ ἐπί τε τῷ ἐκ νόσου γήρας καλουμένῳ, καὶ τῷ κατὰ φύσιν συμβαίνοντι. Pſeudo-Galenus etiam eandem cauſam, nimirum imbecillitatem, agnoſcit, cap. IV. ubi de Lotio albo & tenui. Τὸ τοιοῦτον οὖρον πολλὰ σημαίνει, ἢ γὰρ ἀσθένειαν δυνάμεως καθάπερ ἐπὶ τῶν γερόντων ἐπιφαινόμενον δηλοῖ, καὶ ἐπὶ τῶν χρονίων δὲ νοσημάτων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, φαίνεται λεπτὸν καὶ λευκὸν διὰ τὴν ἀσθένειαν, ὁμοίως καὶ ἐπὶ τούτων τῆς φύσεως. Patet igitur quid velit Th.

Παρὰ τοῖς σοφοῖς τῶν ἰατρῶν.] Philippus quidam Medicus dicitur hoc nomen illi primus impoſuiſſe. Gal. de Cauſ. Pulſ. lib. IV. (ubi de hoc maraſmo latius) Καλεῖ δὲ τὸν τοιοῦτον μαρασμὸν Φίλιππος ἐκ νόσου γῆρας. Et de Præſ. ex Pulſ. lib. I de Marceſcentium pulſibus (quos ob facultatis imbecillitatem parvos eſſe monet & humiles) verba faciens ſubjungit; Οὐ μὴν ἐξαίφνης γε μικρὸς αὐτοῖς ὁ σφυγμὸς, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ γίνεται μαραινομένοις. Ἐν γὰρ καὶ τοῦτο εἶδος μαρασμοῦ τὸ πρὸς τοῦ Φιλίππου καλούμενον γῆρας ἐκ νόσου.

Δια-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 190 sur 291

Διαβήτῃ σημαίνει] Diabetes eſt celerrima & copioſiſſima potus parum tranſmutati emictio. Vocatur aliis nominibus διάρροια, εἰς οὖρα διάρροια, διψακὸς διάρροια & ὕδερος εἰς ἀμίδα. Urina multa tenuis & alba, confertim micta, Diabetem ſignificat. Actuarius de Jud. Urin. lib. 1 cap. XI. Multa Urina provenit in paſſione, quæ, ab accidente, Sitibunda, à celeritate evacuationis, Diabetes, & Fluxus Urinæ appellata eſt. Eadem alba eſt tenuis. Et lib. II cap. I ob diuturnam magnamque evacuationem vel ventris vel ſanguinis, vel etiam Urinæ veluti in Diabete, urinam tenuem videre eſt atque albam. Priori loco Interpres reddidit διάρροιαν εἰς ἀμίδα, ut in exemplari Græco legitur, per fluxum urinæ; reddi autem debet, *Diarrhœa*, aut *Fluxus ad matulam*. Galenus de Criſ. lib. I cap. III. affectum hunc Lienteriæ comparat. Nam ut in hac cibus immutatus cito dejicitur; ita & in illo potus parum alteratus ſtatim excernitur. Τὸ δὲ ἓν πάθημα, ait, τοιοῦτον ἐστὶν, οἷον ἐν τῇ περὶ γαστέρα λειεντερίᾳ, νέκρωσις ὡς ἂν εἴποι τις ἀμφοτέρων τῶν δυνάμεων, ἀλλοιωτικῆς τε καὶ καθεκτικῆς. Cui adſtipulatur Alex. Trallianus lib. VIII cap. VIII his verbis: Ὁ δὲ διαβήτης καλούμενός ἐστιν, ὅταν ἀμετρότερον ἐκκρίνεται τὸ οὖρον αὐτοῖς, πολλάκις ἅμα τῷ πίνειν, οἷον δὲ καὶ τοῖς λειεντεριώδεσι συμβαίνει τὸ τὰ σιτία ἐκκρίνεσθαι, μηδὲ βραχὺ δυνάμενα κρατεῖσθαι ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ τρέφειν τὸ σῶμα.

Καὶ τις τῶν σοφῶν αὐτῶν ἐξοχώτατος] Quinam ſit hic medicus, quem Theophilus præſtantiſſimum appellat, non conſtat. Galenus loc. laud. vocat ἄνδρα τινὰ παλαιόν; non autem nomen ejus memorat. Ὅταν δὲ, inquit, καὶ ταχέως διεξέρχηται, τοῦτο καλεῖται μὲν ὑπό τινων ὕδερος εἰς ἀμίδα τὸ πάθημα, διαβήτην δὲ ἔνιοι προσαγορεύουσι, ἄλλος δέ τις παλαιὸς ἀνὴρ εἰς οὖρα διάρροιαν ὀνομάζει. Quicunque autem ille fuerit, Gal. quidem eod. loc. Diabetem ita nuncupat: διὰ ταῦτα ἄρα, inquit, χείριστον μὲν ἡ εἰς οὖρα διάρροια, διττὴ γὰρ ἡ κακία. Duplex hocce vitium

Actua-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 191 sur 291

Actuarius explicat Meth. Med. lib. IV: ubi eadem phraſi utitur. Ὁ δὲ διαβήτης, inquit, ἐςὶ μὲν τοῦ ἥπατος, ἐςὶ δὲ καὶ τῶν νεφρῶν πάθος, διάῤῥοιά τις ὢν εἰς οὖρα. Alex. Trall. loc. cit. Τίνες δὲ διαβήτην μόνον καλοῦσι τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ εἰς οὖρα διάῤῥοιαν, διὰ τὸ διαῤῥεῖν εὐθὺς τὸ πόμα.

Ἄλλοι δὲ διψακόν] Alex. Trall. eod. loc. Ἐπειδὴ δὲ ἀμέτρως διψῶσι τοῦ ὑγροῦ παντὸς ἐκκρινομένου, διψακὸν τὸ πάθος ὠνόμασαν. Et Actuarius, de Jud. Urin. lib. I cap. XI. Πλείω οὖρα προΐεισιν ἐπὶ τοῦ διψακοῦ μὲν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους, ὀνομαζομένου, διαβήτην δὲ, καὶ διάῤῥοιαν εἰς ἀμίδα, ἀπὸ τῆς ταχίστης κενώσεως.

Ἄλλα παρὰ φ. διατεθ. δ] Jam Diabetis cauſam aſſignat, calidam nimirum renum intemperiem, quam Actuarius de Cauſ. Urin. lib. I cap. IV. latius proſequitur, & ſitis iſtiuſmodi rationem reddit, his verbis: In paſſione quoque quæ Diabetes appellatur, intemperaturæ quædam inauctæ caliditatis circa renes cauſa eſt. Hæc enim ita affecta, renes attractabundos ſeroſæ ſubſtantiæ efficit. Hi vero ab hepate venarumque omni genere æqua tractione cito attrahunt, legem naturæ membris nullam ſervantes. At vero quoniam ob hanc rationem accidit egeſtas, atque naturalis humiditas deſeritur à tanto humiditatum raptu ſitis non mediocris homini ſuboritur, nec minores ſunt potus quam ſitis & Urinarum excretiones, renibus ſecundum proportionem attrahentibus ad ſe humiditatem. Scriptum erat prius διατεθέντων, quod non omnino rejicio: verum cum iterum ſtatim occurrat, potius mutandum cenſeo in διατεθέντος, ut homo dicatur in Diabete non naturaliter ſed præternaturaliter affici; cujus rei rationem ſubjungit, viz. διὰ τὴν θερμὴν δυσκρασίαν τῶν νεφρῶν. Poteſt autem legi, ut in Oxon. Cod. ſcriptum eſt, Οὐ κατὰ φύσιν ἔχοντος δηλονότι τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ παρὰ φύσιν διατεθέντων τῶν νεφρῶν, τὸ τοιοῦτον οὖρον ἔρχεται. Nam verba, τῇ γὰρ ἀπείρῳ ὁλκῇ τῶν παρὰ φύσιν διατεθέντων νεφρῶν, intra parentheſin incluſa, codex ille MS. non agnoſcit. Ex dictis apparet quam inepte

Morel-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 192 sur 291

Morellus τῇ ἐν ἀπείρῳ ὁλκῇ τῶν νεφρῶν verterat *quare ob immenſum pondus renum*, cùm ὁλκὴ hoc in loco non pondus ſignificet, ſed attractionem.

Ἀμφημερινὸν διαλείποντα σημ.] Ἀμφημερινὸς eſt febris quotidiana, cujus paroxyſmi redeunt quotidie. Sic dicitur monente Gorræo, eo quod amborum, diei viz. noctiſque particeps ſit. Acceſſio enim ejus diutius protrahitur, & non raro horas XVIII, aut XX, durare ſolet. Addidit διαλείποντα, ut à continua diſcriminet. Eſt enim διαλείπων πυρετὸς intermittens febris, ut & μὴ διαλείποντες, Continuæ. Hippocrates, lib. IV. Aph. XLIII. Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες &c. Heurnius vertit, Quæcunque febres intermiſſionis expertes. Wintertonus Continuæ febres. Item Aph. XLVI. Ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι &c. & ſic ad Aph. LI. Quin & Galeno, de Diff. febr. lib. II. πυρετοὶ διαλείποντες ſunt, οἱ εἰς αἰσθητὴν ἀπυρεξίαν ἀφικόμενοι. Eſt autem ἀπυρεξία in febribus idem quod in aliis morbis διάλειμμα ſimpliciter, hoc eſt, ut Latine iſtam vocem Celſus tranſtulit, Integritas, ſive inter duas acceſſiones intervallum à febre vacuum. Hæc ἀπυρεξία neceſſario requiritur ad intermittentem febrem, aliter non eſt intermittens, ſed continua, in qua obſervatur quidem remiſſio, intermiſſio vero nunquam. Idem Galenus, eod. loc. intermittentem febrem triplicem commemorat. Τῶν μὲν οὖν διαλειπόντων, ait, τρεῖς εἰσὶν αἱ πᾶσαι διαφοραὶ, Ἀμφημερινὸς, Τριταῖος καὶ τεταρταῖος· ἐπὶ φλέγματι μὲν ὁ ἀμφημερινὸς συνίστι, ἐπὶ δὲ ταῖς χολαῖς ἑκατέραις, ξανθῇ μὲν ὁ τριταῖος, τῇ μελαίνῃ δὲ ὁ τεταρταῖος. Locum hunc Theophili firmant Actuarii verba de Jud. Urin. lib. II. cap. XXIII. Quotidiana febris (intermittens viz.) quum adeſt, Urina tenuis eſt, & alba & veluti aquea hypoſtaſi privata in principio.

Διὰ τῶν τοιούτων χυμῶν.] Morellus vertit, *per ejuſmodi ſapores*. Nos vero per ejuſmodi humores. Eſt autem humor, cui ſecundum veteres quotidiana febris ſuperſtruitur, phlegma, ſeu pituita; quæ cùm naturaliter al-

ba ſit, lotium illud, de quo agit Theophilus, colore ſuo refert. Hinc conſtitutiones phlegmaticas & frigidiores ſæpiſſime infeſtat, ſenes etiam & pueros, idque maxime hyberno tempore. Galenus Ib. Οἱ δὲ ἀμφημερινοὶ κατὰ τοὐναντίον ἔν τε ταῖς φλεγματικωτέραις φύσεσι, καὶ τῶν ὡρῶν ἐν χειμῶνι, καὶ τῶν καταστάσεων, ἔν τε ταῖς ὑγροτέραις καὶ ψυχροτέραις, γέρουσι τε καὶ παισὶν μᾶλλον, ἐν ὑγροῖς καὶ ψυχροῖς χωρίοις, καὶ βίοις ἀργοῖς, ἅμα καὶ σὺν πλησμονῇ, καὶ μάλιστ' ὅταν ἐπὶ σιτίοις λούωνται, καὶ πολὺ μᾶλλον ὅταν καὶ αὐτὰ τὰ σιτία φλεγματικώτερα τὴν φύσιν ὑπάρχῃ.

Καὶ ἐπὶ τῶν ψυχροτέρας καὶ τῦ ἥπ.] Actuarius, de Jud. Urin. lib. I cap. XII de alba Urina. Quod ſi quantitate ſit mediocris, & hypoſtaſim proportionalem contineat, indicat frigidam quandam intemperaturam hepatis.

Καὶ δὲ ἔμφραξιν.] Pſeudo-Gal. cap. IV. σημαίνει δὲ καὶ ἔμφραξιν. Et cap. XLVIII. γίνεται δὲ τῦτο δι' ἔμφραξιν. Rationem reddit Actuarius de Jud. Urin. lib. II. cap. I. In meatuum obſtructionibus veluti arctata materia continentur craſſæ partes, quamobrem apparent tenues Urinæ.

Ὅμοια, ὡς ἐπὶ τῶν νεφριτικῶν.] Ita legi pro ὁμοίως ὡς. Pſeudo-Galenus cap. XLVIII. Γίνεται λεπτὸν καὶ δι' ἔμφραξιν ἥπατος, ἢ νεφρῶν. Et Act. de Jud. Urin. lib. I. cap. XII. Nihilo quoque minus in iis qui patiuntur obſtructionem in viſceribus internis, atque Renibus, exit Urina alba atque tenuis.

Καὶ ὡς ἐπὶ τῶν τεταρταίων ἐν ταῖς ἀρχαῖς.] Pſeudo-Gal. Ib. poſtquam dixerat, γίνεται δὲ τῦτο καὶ διὰ τὸ χρόνιον εἶναι τὸ πάθημα, ſubnectit, ἐπὶ γὰρ τῶν τεταρταίων χρονιωτάτων ὄντων ἐν ἀρχαῖς διὰ τὸ πλῆθος καὶ δυσπαθὲς τῆς ὕλης διορθύμενον τὸ οὖρον. Pro δυσπαθὲς, lege δυσπειθὲς, ut & pro διορθύμενον, διηθύμενον. Emendo ex Æt. lib. V. cap.... ubi legitur, ἐπὶ τῶν τεταρταίων χρονίων ὄντων ἐν ἀρχῇ διὰ τὸ πλῆθος καὶ τῆς ὕλης δυσπειθὲς διηθύμενον τὸ οὖρον λεπτὸν οὐρεῖται.

Ma-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 194 sur 291

Materia ſiquidem multa & pertinaci meatus obſtruuntur, adeo ut lotium quaſi per colum tranſmittatur. Hinc Actuarius, de Prævid. Urin. lib. II cap. II tales Urinas ſine ſedimento eſſe ſcribit. Febrium ait, intermittentium, Tertianæ, Quartanæ & quotidianæ, quæ ab obſtructione & cruditate atque etiam multitudine humorum ipſas accendentium generantur, initiis frequentiſſimæ Urinæ abſque hypoſtaſi proveniunt. Et de Jud. Ur. lib. II cap. XXII. Quartanæ urina tenuis eſt atque alba & hypoſtaſi privata ſpectatur in principio. De hac re pleniſſime Galenus ſpurius cap. IV. σημαίνει δὲ καὶ ἔμφραξιν ὡς ἐπὶ τοῖς φρενιτικοῖς (lege, νεφριτικοῖς) ἐπιφαινόμενον ἐνδείκνυται, καὶ ἐπὶ τῶν τεταρταίων πάλιν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τοιοῦτον ὁρώμενον ἔμφραξιν σημαίνει. τὸ γὰρ τῶν μελαγχολικῶν τῇ παχύτητι τὰς ὁδοὺς σφίγξαν ὥσπερ διηθιζόμενον τὸ οὖρον φαίνεται λεπτὸν καὶ λευκόν.

Οὖρα λεπτὰ καὶ λευκὰ καὶ ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν.] Actuar. de Jud. Urin. lib. I cap. XI. Et qui Hydrope morbo capti ſunt, iis urina major quam mediocris fieri ſolet, atque aquea.

Τετραμμένος τράχηλος.] De collo obtorto Hipp. Aph. XXV. Sect. IV. Ἢν ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ Τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον. Neſcio tamen an idem Theophilus voluerit, quod Hippocrates: hic enim de Anginæ quadam ſpecie, quæ à vertebrarum cervicis luxatione oritur, intelligendus eſt, cujus etiam Epid. lib. II. ſect. II. mentio eſt facta: ille vero forſan aliter capiendus.

Τῷ δὲ σημ.] Ita legendum pro τὸ δὲ σημ. quod & Morellus animadvertit.

Ὡς φησὶν, Ἱδρὼς π.] Apud Hipp. Aph. XLI. lib. IV. non προφάσεως legitur, ſed αἰτίας. Ἱδρὼς, inquit, πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ φανερῆς αἰτίης γινόμενος τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται.

Οὖρον λεπτὸν καὶ λ.] Hipp. Præmet. Coac. MLXXXII. Οὖρον δ' ὠμὸν πλεῖον χρόνον γινόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων, ἀπόστασιν καὶ πόνον σημαίνει, καὶ μάλιστα ἐν τοῖσιν



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 195 sur 291

ὑπὸ φρένα. Ex hoc loco Ætius emendandus lib. v cap. ubi ait: Ὁκόσοισι δὲ τὰ οὖρα λεπτά τε καὶ ὠμὰ πολυχρόνια ᾖ, καὶ τὰ ἄλλα σημεῖα ὡς περιεσομένοις εἴη, τουτέοις ἂν ὑπόστασιν (lege ἀπόστασιν) δεῖ προσδέχεσθαι εἰς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία.

Φρενῖτιν σημαίνει.] Pro φρενίτην & φρενίτης ubique lego cum Chartario φρενῖτιν & φρενῖτις. Morellus quidem hoc in loco φρενῖτιν ſcribere mavult, mox tamen admittit φρενίτην ἐποίησε, eo quod apud B. Cyrillum Hieroſ. in προκατηχήσει ἀνεκδότῳ legerit φρενίτην ἐργάζεται. Suſpicor autem & ibi legendum φρενῖτιν. Pſeudo-Galenus cap. iv. hunc locum ita expreſſit: ubi de urina tenui & albo ait: Ἕτερον δὲ μέγιστον σημαίνει κακὸν τὸ τοιοῦτον οὖρον· κἂν γὰρ ἐπὶ διακαεῖ καὶ καυσώδει πυρετῷ ἐπιφανῇ λεπτὸν καὶ λευκὸν σημαίνει φρενῖτιν. Εἰ γὰρ ὁ πυρετὸς πλῆθος δηλοῖ χολῆς, οὐκ ἐπιχρώννυται δὲ τὸ οὖρον, εὔδηλον, ὡς ὅτι οὐ μένει ἐν τοῖς ἀγγείοις χολή, ἀλλ' ὅτι οἰκείᾳ κουφότητι περὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀνέδραμεν. Εἰ μὲν οὖν μὴ πάρεστιν ἡ φρενῖτις τοῦ οὔρου τυγχάνοντος λεπτοῦ καὶ λευκοῦ, ἀλλ' εἴη πυρετὸς καυσώδης, μαντευόμεθα φρενῖτιν· εἰ δὲ τοιοῦτον μὲν εἴη τὸ οὖρον, πάρεστι δὲ ἡ φρενῖτις, προσαγγέλλει θάνατον ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Οὐ γὰρ ὑπομένει ἡ δύναμις σώζεσθαι κατὰ τῆς χολῆς ἀνιώσης καὶ δακνούσης τῇ δριμύτητι. Ætius lib. v. cap.... eadem tradit. Οὐρεῖται δ', ait, ἐνίοτε λεπτὸν καὶ λευκὸν ἐπὶ τῶν διακαῶν πυρετῶν, καὶ σημαίνει φρενῖτιν· καὶ (lege εἰ) γὰρ ὁ καυσώδης πυρετὸς πλῆθος δηλοῖ χολῆς, οὐ χρώννυται δὲ τὸ οὖρον, εὔδηλον ὅτι οὐ μένει ἐν τοῖς ἀγγείοις ἡ χολή, ἀλλὰ τῇ κουφότητι ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἀνέδραμεν. Εἰ μὲν οὖν πάρεστι φρενῖτις, ἐπὶ τούτων γίνωσκε αὐτὴν ἤδη ἔσεσθαι· εἰ δὲ καὶ παρούσης φρενίτιδος οὐρεῖται λεπτὸν καὶ λευκὸν ἐπὶ διακαεστάτου πυρετοῦ, προσαγγέλλει θάνατον, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Οὐ γὰρ ὑποσημαίνει (lege ὑπομένει) ἡ τοῦ ἐγκεφάλου δύναμις ἤδη προκαταβεβλημένη τοῦ διακαεῖ πυρετῷ ἐνέγκαι δριμύτητα καὶ δεῖξιν (lege δῆξιν) χολῆς ἤδη πεπηκυίας (lege σεσηπυίας.) Huc etiam reſpexit Hipp. Aph. LVII lib. IV. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκά, πονηρά,

μά-

μάλιϛα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται. Et Act. de Jud. Urin. lib. I. cap. XII. Quæ in febribus acutis urina alba exit, ejuſmodi apparet, ut humor, qui ipſam tingebat, alio tranſmiſſus ſit.

Κρύϛαλλος γὰρ καὶ χιὼν καὶ τίτανος.] Hoc capitulo agit de coloribus Urinarum, & ab albo auſpicatur, ſub quo plures contentos monet. Cryſtallum enim, nivem, calcem, & aquam limpidam alba eſſe dicit, non in ſummo tamen gradu omnia. Act. de Diff. Urin. lib. I cap. VII. præter τίτανον cætera recenſet, & ſumme alba eſſe affirmat. Videtur itaque legiſſe ἐν τῷ ἄκρῳ δὲ πάντα, non οὐκ ἐν ... ut hic. Verba ſunt. Albarum vero urinarum aliæ ſunt Cryſtalleæ, aliæ Niveæ, aliæ ut aqua pura: & hæ ipſæ ſunt ſummæ albedinis. Item: Quoniam vero cætera genera capiunt intenſionem & remiſſionem, quæ memorata ſunt, albedinis intenſæ habentur, poſt hæc referamus, quot ſint albedinis remiſſæ. Sic & de cauſ. urin. lib. I. cap. V. Et de prævid. urin. lib. I. cap. VIII. ubi de iiſdem coloribus loquitur, albedinis intenſæ & remiſſæ meminit. Sane quicquid de reliquis ſtatuendum ſit, nivis albedinem multum celebrari lippis quod ajunt & tonſoribus notum. Virg. Æn. lib. III. v. MXXXVII.

*Quattuor hic (primum omen) equos in gramine vidi*
*Tondentes campum late, candore nivali.*

Et Ovid. de Pont. lib. II. El. V. hyperbolicè.

*Non ego laudandus, ſed ſunt tria pectora lacte,*
*Et non calcata candidiora nive.*

Secus tamen Theophilum ſenſiſſe patet ex ſeq. cap. ubi eoſdem colores τὰ ἐκ τοῦ λευκοῦ τοῦ ἀκρωφιεστάτου ἀπέχοντα, indigitat.

Ἐνδεέστερον δὲ τ.] Morellus & Chart. hæc verba tranſtulerunt, Minor autem & inferior albo eſt lacteus color. Nos autem, color etiam ab albedine hac ſumma remiſſus eſt lacteus. Τούτου τοῦ χρώματος enim non de albo ſimpliciter intelligo, ſed de albo in ſummo, ſive ut Theophilus ait ἐν τῷ ἄκρῳ. Itaque poſt δὲ ſupplendum καὶ, aut forſan mutandum δὲ in καὶ. Act. de Diff. Urin. cap. VII.

A ſumma albedine remiſſus color extitit lacteus, ita vocatus quod ſimilis ſit lacti.

Τὸ γλαυκὸν ὡς κέρας διαυγές.] Actuar. loc. cit. Glaucus color eſt veluti cornu pellucidum.

Η᾿ ὡς κτηδόνες τῦ κερ.] Prius colorem glaucum cornu comparaverat, hic corneæ tunicæ κτηδόσι. Sunt autem κτηδόνες lamellæ raſuris cornuum ſimilis. Cornu autem refert hæc tunica ob pelluciditatem cum albedine conjunctam, unde hoc inter alia de illâ prædicat Pollux, quod ſit λευκὴ καὶ διαφανής. De nominis ratione latius Ruffus de App. part. corp. hum. lib. II. cap. III. Κερατοειδὴς ἤτοι διὰ τὴν εὐτονίαν, ἢ διὰ τὸ λάμπειν τὸ περικείμενον ὑγρὸν ἔνδοθεν ὡς διὰ κέρατος, ἢ διὰ τὸ κέρατι παραπλησίως εἰς κτηδόνας ἀναλύεσθαι. De eadem etiam tunica dixit, cap. V. ἔοικεν τοῖς ξυομένοις κέρασι.

Εἶτα τούτου ἔτι ἀπολ. τὸ χερ.] Act. de Diff. Urin. cap. VII. Lacteus color melior eſt aqueo & Cryſtalleo, ſed tanto intervallo à Glauco (qui ſecundum lacteum eſt) relinquitur, quanto Charopus à Glauci albedine recedit. Nam Glaucus color eſt veluti cornu pellucidum; charopus vero qui ſimilis pilis ſubalbidis camelorum, vel ungui lupillo dicto.

Εἰ ἢ βαφὴν δέξοιτό τινα χολῆς τὸ λ. ὕδ.] Λευκὸν ὕδωρ reddidi *Urina candida*. Actuarii Interpres, de Diff. ur. cap. VII. At vero poſtquam aliquam tincturam urinæ capiunt. Quod apud Theophilum eſt λευκὸν ὕδωρ, Actuario dicitur τὸ οὖρον. Sic Latini urinam, Aquam, (ut noſtrates, *Water*) honeſte vocant, annotante Doctiſſ. Scaligero filio, Caſt. in Propert. pp. CCXXXI. CCXXXII. ad illud lib. IV. eleg. III. *Quot ſine aqua* &c. Similiter & paulo poſt, τὸ ὑδατῶδες, & ſup. cap. II. ἄλλαι δὲ ὑδατώδεις, de lotio. Poteſt tamen & vulgatam ſignificationem retinere, pro aqua pura viz. aut alba. Nam de eadem re Galenus, de criſ. lib. I. cap. XII. Καὶ γὰρ εἰ κάκιστος εἰς ὕδωρ καθαρὸν ἐμβάλοις, ὀλίγας ὀλίγον, ἢ αὐτῆς τῆς χολῆς, τοιοῦτον σοι φανεῖται.

Ὡς

Ὡς ἀφέψημα χυμένης ὠμοβράσου ] Hucuſque lectum erat, ὡς ἀφ. χυμένου ὠμοκράτου, in quæ verba Morellus impingens ὠμοκράτου mutandum conjectat in οἴνου ἀκράτου, unde vertit, *ut decoctio fuſi meri.* Sic & Chartarius, apud quem ſcribitur ὠμοκράτου. Simile quiddam fateor de vino albo & tenui apud Galenum vulgò legitur, non tamen decocti meminit, ut hic Theophilus: Μοχθηρὸν δ', ait de Criſ. lib. I cap. XII. ἱκανῶς καὶ τὸ λεπτὸν οὕτως καὶ λευκόν, οἷόν περ καὶ τὸ ὕδωρ. Τούτῳ δέ ἐστιν ἕτερον οὖρον ἐν πολλαῖς τῶν νόσων φαινόμενον, ὡς οἴνου δοκεῖν ἱκανῶς λευκοῦ καὶ λεπτοῦ μεμιγμένην ἔχειν ἰδέαν &c. At vero Paulus, qui ſua de Urinis ex Galeno deſumpſit, de eadem Urina verba faciens lib. II cap. XII. vini non meminit: Τοιοῦτον, inquit, ἐγγύς ἐστιν ἕτερον οὖρον ἐν πολλαῖς νόσοις φαινόμενον, ἐγγὺς ἱκανῶς τοῦ λεπτοῦ καὶ λευκοῦ. Unde forſan apud Galenum legendum: ὡς ἐμοὶ δοκεῖν ἱκανῶς λευκοῦ καὶ λεπτοῦ μ. ἔχον ἰδέαν. Quin & hæc de colore, quem Theophilus ὕπωχρον vocat, Galenus non protulit. Subjungit enim: Τὸ δὲ ὕπωχρον ἐφεξῆς τούτῳ. Priori itaque conjecturæ diffidens Morellus ὠμοκράτου dictionem ſemibarbaram in notis affirmat, quam, inquit, ſi de ſemicrudæ carnis decoctione capias, non repugnabo. Sane verſiones omnes decoctum ſemicrudæ carnis habent, vocem autem Græcam nuſpiam reperire potui. Putavi aliquando duabus vocibus legendum eſſe ὠμοῦ κρέατος; at tum unde ſupplendum τὸ ſemi, cum vox aut ſeparatim, aut conjunctim, ſi ullibi occurrat, ſolum crudam carnem denotare videatur, & crudæ carnis decoctum ſolæciſmus ſit. Ut dicam quod ſentio, ſane non video quomodo hæc interpretatio huic loco competere poteſt. Nam qualem ſenſum obſecro hæc verba exhibent? Cum Urina aut aqua pura à bile modica ejdem commiſta tincta fuerit, primo quidem ſubſpicea aut, (ut aliqui reddunt ὕπωχρον) ſubpallida fit, ut decoctum ſemicrudæ carnis fuſæ. Eſtne juſculum ſemicrudæ carnis ſubſpiceum, aut caro fuſilis? Nequaquam. Subſtitui itaque, ſuffragante MS. Oxon. χυμένης ὠμοβράσου.

Et tranſtuli, *ut decoctio χυμένης ſemicoctæ.* In alio exemplari legitur, ὡς ἀφ. χυμένης τὸ ἀμυδόβρασον; ſed ad idem redit. Nam hoc vult Theophilus, lotium ſubſpiceum liquorem referre, in quo Chymene (herba ſic dicta) moderatè cocta fuit: Spiceum vero illum, cui eadem diutius incoxerit. Liquido patet è Magno Miſeno ἀνεκδότῳ περὶ οὔρων· Μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, βαπτόμενον τὰ ἔρια ὑπὸ χολῆς, εἰ μὲν σοῦ μετρίως βαφῇ, ὑπόχλωρον γίνεται, οἷον ὑπάρχει τὸ τῆς χυμένης ἀφέψημα, τὸ ἀμυδόβραστον· εἰ δὲ πλείονα καταβαφὴν δέξηται, ὤχρον γίνεται. Item Actuar. de Diff. Urin. cap. VII. Ἀλλ᾽ ἐπειδάν τινα βαφὴν τὰ ἔρια δέξηται τὸ πολὺ τῆς ἀπεψίας ἐκπιφαύσκοντι, ὑπόχλωρα μὲν τὰ πρῶτα γίνεται, πρασίνιον δὲ, καὶ ὤχρα. Ἀλλὰ τὰ μὲν μετρίως ζεσάσης χυμένης χυλῷ ἐοίκει· ἐκεῖνα δ᾽ αὖ καὶ πάνυ ζεσάσης. Verba poſtrema inepte vertit Interpres: ita ut aliæ videantur ſimiles bili, quæ mediocriter ferverit, infuſæ humori, aliæ vero quæ multum ferverit. Nullo ſenſu; cum quid ſit chymene prorſus ignoraverit. Eſt autem χυμένη herba, qua in ſerico luteo tingendo Infectores utuntur, teſte Hon. Bello, Ep. alt. ad Car. Cluſ. ubi Struthion Dioſcoridis eſſe putat, quod tamen Jo. Bodæus à Stapel Com. ad Theophr. Hiſt. Plant. lib. VI cap. VII negat, hac ratione, quod Struthio non inficiebantur lanæ, ſed purgabantur & mundabantur. Scholiaſtes (ad Theophilum puto, quem videre geſtio) Bodæo citatus: χυμένη ἐστὶν εἶδος βοτάνης, ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται. Meminit & Jo. Epiſcopus Tr. de Urinis, ubi ſubſpiceum Urinæ colorem, perinde ac Theophilus, referre ſcribit, ἀφέψημα χυμένης ἀμυδόβραστον. Scholiaſtes iterum, de Chymene: ἡ δὲ βαφὴ αὐτῆς ἐστὶν ὑπόχλωρος καὶ ὑδατώδης. Zozimo forſan χυμένιον vocatur. Nam inter τὰ ξανθοῦντα ἐν βοτάναις numerat τὸ κνικάνθιον, ἐλόδριον (alias ἐλύδριον) καὶ χυμένιον. Videtur & autori Lexici Chymici nominari ἠχομένιον, ut & Pſeudo-Democrito, εἰχομένιον, niſi hæc nomina corrupta dicantur ex χυμένιον aut χυμένη, quod probabile. Proſp. Alpino de Plant.

Exot.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 200 sur 291

Exot. lib. II cap. XXXIX (male in impreſſis XL) deſcribitur nomine Canabis luteæ Creticæ, cujus etiam icones duæ, ſine flore viz. & floreſcentis, videre eſt apud prædictum Bodæum, Com. in Theophr. Hiſt. Plant. p. MXXI. Mathiolo in Dioſcoridem p. 157. Pſeudo-Struthion vocatur Dodonæo & Lobelio Luteola, & Herba Lutea, noſtratibus *Wold, Weld, or Dyer's Weld*; Et Iſatidis, ſive Glaſti genus tertium conſtituit. Fallitur igitur Turnerus noſter, qui in libro ſuo de Plantis, Herbam hanc antiquis ignotam eſſe aſſerit. Icones in Mathiolo, Dodonæo, Turnero, & Gerardo, ſub nominibus prædictis, videre licet. Atque hæc eſt ipſiſſima, ut puto, Theophili mens, circa cujus loci ſenſum interpretes operam ſuam hactenus mire luſerunt.

Ἐοικὸς χρυσῷ τῷ ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐρχ.] Aurum Celticum erat vilius quoddam auri genus, & puritate metalli cæteris quibuſdam cedens. Act. de Diff. Ur. cap. VII. Porro cum concoctio proceſſerit, tum tinctura plus colorabit ſpiceum; atque ſubfulvæ ſive ſubaureæ dicas, Urinæ gignuntur, quæ non uſquequaque ſimiles ſunt puro auro. Græcè, μὴ πάμπαν ἀκιβδήλῳ προσεοικότα χρυσῷ. Aurum itaque Celticum haud fuit ἀκίβδηλον.

Ὄβρυζος χρυσός] Ita ſuſpicor legendum, tametſi εὔφοιζος in MS. Cod. Par. & etiam Oxon. reperiatur. Ita etiam in ſuo codice legiſſe Torinus videtur; vertit enim (ridicule) per aurum ſonorum, ac ſi eſſet aurum fulminans. Apud Theodoretum, loco mox citando, ſcribitur εὔφυζος, perperam, ut ego puto, pro ὄβρυζος. Utramque tamen vocem agnoſcere videtur Cl. Bochartus Geogr. S. lib. II cap. XXVII. licet Gloſſaria & Lexica, quæ vidimus, priorem neſciant. Eſt autem obryſum aurum purum & ignis vim ſæpius expertum, unde Martinius (fælicior forſan conjectura quam Hieron. ab Ophir, aut Etym. M. autor, indeque Calepinus, à voce ἀφρόν, aut etiam Iſidorus lib. XV cap. XVII. abobradiando) nomen deducit ab ὄβριμον & ζεῖν, quod efferveſcendo & coquendo ſit induratum. Cl. Bochartus,

 omni-

omnigena literarum ſupellectile inſtructus, loco citato, à βρύειν, βρύζειν, ὀβρύζειν trahit; quas voces apud Græcos uſurpari monet Vir Doctiſſimus, de rebus illis quæ effervescendo ſpumam ejiciunt: reor autem voces βρύζειν, & ὀβρύζειν rariſſime occurrere, quas apud quempiam auctorem adhuc non reperi. Perottus: Obryzum vocant aurum, quod ſæpe numero igne candefactum & exuſtum eſt, ideoque puriſſimum. Plinius lib. XXXIII cap. III. Auri experimentum ignis eſt, ut ſimili colore rubeat, quo ignis, atque ipſum obryzum vocant. Dicitur etiam Græce χρυσὸς πολύεφθος, καθαρὸς, πάνεφθος, & ἄπεφθος, quæ vox exponitur Thucyd. Schol. in lib. II. πολλάκις ἑψηθείς. Χρυσίȣ ſiquidem ἀπέφθȣ interpretatur πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. Huic Interpreti è diametro opponitur Theodoretus, qui Com. in Eſ. cap. XIII. ad verba μᾶλλον ἢ χρυσίον τὸ ἄπυρον, ſic ait. Ἄπυρον οὖν χρυσίον τὸ δίχα πυρὸς φαινόμενον δόκιμον, τουτέστιν ἄπεφθον, ὃ νῦν οἱ πολλοὶ εὔρυζον (legendum puto ὄβρυζον) ὀνομάζουσι. Ubi ἄπεφθον χρυσίον, quod Thucyd. Interpres exponit πολλάκις ἑψηθὲν, ille interpretatur ἄπυρον, incoctum viz. quod ſine igne probum appareat, & ad ejus probationem coctione non egeat. Bochartus, loc. ſup. laud. latiſſimum diſcrimen ponit inter χρυσίον ἄπεφθον, & ὄβρυζον. Nam priori appellatione vocari tradit aurum quod è fodina tam purum eruitur, ut nulla coctione ſit opus ad illud expurgandum; unde ἄπυρον & ἄπεφθον idem plâne facit. Poſteriori vero aurum nominatum ſcribit, quod ſæpius deſpumavit, & excoctum eſt. Utri ſit credendum, lector judicet. Ex dictis falli videtur Theodoretus, ſed nec ita plana ſunt Bocharti verba, ſi verum ſit gloſſema Thucydidis Interpretis, ut videtur; quum χρυσίον ἄπεφθον, qua πολύεφθον, ab ἀπύρῳ diſtinguatur, & idem ſit cum ὀβρύζῳ dicto. Niſi aurum illud à Theodoreto ἄπυρον dictum ſit, quod ita igne excoctum eſt, & purum redditum, ut ulteriori coctione non ſit opus, unde idem prorſus cum ἀπέφθῳ, & ὀβρύζῳ; quod vix credo. Falluntur itaque, qui χρυσίον ἄπεφ-

θον

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 202 sur 291

ἴω vertunt aurum incoctum (ſi velint *non coctum*; ſcio enim vocem illam interdum aliter ſignificare) quum reddi debeat, multum, aut valde coctum; aut etiam recoctum, ut è Suidâ patet. Lectionem inſuper Actuarius confirmat, loc. cit. Poſt haſce, ait, urina eſt aurea ſive fulva vocata, quæ potius obryzo ac puro auro ſimilis.

Ἐοικὸς κνίκῳ] Cnicus eſt planta quæ alio nomine Carthamus vocatur. Eſt croci genus, ſed ſpurium. Act. de Diff. Ur. cap. VII. Subcrocea vero urina poſt haſce collocatur, quæ colore ſimilis eſt cartamo.

Τῷ ἀληθινῷ κρόκῳ] Crocum verum Actuarius vocat Coryceum, à loco ubi naſcitur. Quæ urina vero, inquit de Diff. Ur. cap. VII, eſt exacte crocea, hæc nihilo differre videtur à croco Coryceo.

Ὅπερ καὶ οἱ βαφεῖς φλ.] Morellus vertit *quod etiam tinctores flammeum*; nos vero *quem*, ὅπερ enim τὸ χρῶμα reſpicit, quod ſubintelligendum. Colorem ſiquidem unum duobus nominibus appellari monet, flammeum viz. à Tinctoribus, à Galeno verò Puniceum. Sic Com. II. in Progn. Hipp. ubi potius palmulam à colore, quam hunc ab illa, denominatam aſſerit. Ἔξεστι γὰρ λέγειν, ait, οὐκ ἀπὸ τοῦ φοίνικος ὠνομάσθαι τὸ φοινικοῦν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ φοινικοῦ τὸν φοίνικα. Fronto autem apud Gellium lib. II cap. XXVI. colorem à palmula ſic dictum tradit: Poſtquam enim dixiſſet, Fulvus, & Flavus, & Rubidus, & Phœniceus, & Rutilus, & Luteus, & Spadix, appellationes ſunt ruſi coloris, aut acuentes eum, quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes; addit, nam Phœniceus, quem tu Græce Φοινικοῦν dixiſti, noſter eſt & Rutilus & Spadix Phœnicei συνώνυμος, qui factus Græce noſter eſt: Exuberantiam ſplendoremque ſignificat ruboris, quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti, unde nomen eſt. Spadica enim Dorici vocant avulſum è palma termitem cum fructu. Et lib. III cap. IX. de equo Sejano. Hunc

equum

equum Gabius Baſſus, vidiſſe ſe Argis refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore exuberantiſſimo, quem colorem nos, ſicuti dixi, Phœniceum, Græce partim Φοίνικα, alii σπαδίκα appellant: quoniam Palmæ termes ex arbore cum fructu avulſus Spadix dicitur.

Τὸ δὲ ὑποτάξαι ἢ προτάξαι τ.] Morellus tranſtulit: Porro ſubjungendam vel præponendam in coloribus propoſitionem non omnes pariter ſolent arbitrari: ſed enim alii præponunt, alii ſubjiciunt. Satis obſcure, ne quid gravius dicam. Quid enim eſt Propoſitio in coloribus? Cum hæc Chartario non placuerint; verba, τὴν πρόθεσιν ἐν τοῖς χρώμασιν, vertit, in coloribus additionem. Nihilo tamen felicius; cum ſit æque incertum quid hæc additio ſit (quam quid Prop. in.) Verum, quod hi Viri Doctiſſimi neutiquam animadverterunt, deeſt hic præpoſitio ὑπὸ, & legendum eſt, τὴν ὑπὸ πρόθεσιν ἐν τ. χρ. Et τὸ πρόθεσιν vertendum non *propoſitionem*, aut *Additionem*, ſed *præpoſitionem*. Hoc enim vult Theophilus. Cum colorem dilutum & ſpurium, cui præpoſitio ὑπὸ adjicitur, genuino & vero ſemper præpoſuiſſet, (primo enim expoſuit quid ſit ὕπωχρον, deinde quid ὠχρόν. Sic ὑπόπυῤῥον poſuit ante πυῤῥὸν, ante ξανθὸν, ὑπόξανθον, & ante ἐρυθρὸν, ὑπέρυθρον) ne quiſpiam forſan hoc ſibi vitio vertat, declarat, quoad ordinem illorum, quinam ex his præponi aut poſtponi debet, inter omnes non convenire. Quidam enim dicunt, ὠχρὸν ὕπωχρον, alii vero ὕπωχρον, ὠχρόν. Et ſic de cæteris. Liquido patet ex Anonymo quodam ἀνεκδότῳ de Urinis, cujus verba, ut è membranis tranſcripſi, ita ſe habent: Ἐκ δὲ τοῦ ὠχροῦ γίνεται τὸ ὕπωχρον, ἐκ τοῦ πυῤῥοῦ, τὸ ὑπόπυῤῥον· ἐκ δὲ ξανθοῦ, τὸ ὑπόξανθον· ἐκ τοῦ ἐρυθροῦ, τὸ ὑπέρυθρον. Καὶ ταῦτα κατὰ τοὺς ὑποτάσσοντας τὴν ὑπὸ πρόθεσιν· οἱ γὰρ προτάσσοντες καλῶς ὑπολαμβάνουσι· συντάσσουσι γὰρ μετὰ τὸ λευκὸν τὸ ὕπωχρον, καὶ μετὰ τὸ ὠχρὸν τὸ ὑπόπυῤῥον, καὶ μετὰ τὸ πυῤῥὸν, τὸ ὑπόξανθον· καὶ μετὰ τὸ ξανθὸν τὸ ὑπέρυθρον.

Gen-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 204 sur 291

Gentilis de Fulgineo Autor reputatus Comment. in Ægidii Monachi Carmina de Urinis MS. ad verba *Lactea ſubtenuis* &c. „ Auctor volens periculum evitare obje-
„ ctionis dixit ſubtenuis, & non Tenuis; ſub namque
„ notat remiſſionem à tenuitate, ſicut apud Theophi-
„ lum reperiatur.

Οὐχ ὑγιὲς, ἀλλὰ νόθον] Pene legerem pro νόθον, νοσερόν. Ita enim magis opponitur τῷ ὑγιές. Et quod bonum eſt rectumque, id Græci vocant ὑγιὲς, quicquid vero vitioſum, iiſdem dicitur νοσοῦν. Galenus etiam τὸ Ὑγιεινὸν, opponit τῷ νοσερῷ. Ἑκάστε, inquit, de Criſ. l. 1. τῶν μορίων τοῦ σώματος τὸ περίττωμα τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ διάθεσιν ἐνδείκνυται· πεπεμμένον μὲν Ὑγιεινὴν· ἄπεπτον δὲ ὑπάρχον, νοσερὰν. Sic & Hippocrates lib. de Aer. Loc. & Aq. Ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. Verum in mentem ſubit ὑγιὲς interdum idem ſignificare ac ἀληθὲς, verus autem & nothus invicem opponuntur. Sic apud Ariſtoph. in Plut. Act. 1 Sc. 1. ὑγιὲς μηδὲν, h. e. ut quidam interpretantur, nihil verum. Et ὑγιὲς οὐδὲν διανοούμενοι, nihil veri aut recti cogitantes. Nam ὑγιὲς quibuſdam exponitur, ὀρθὸν, ἀληθές.

Τὸ δὲ οἰνωπὸν] Act. de Diff. Urin. cap. VIII. Vrina viſſea memoratis ſuccedit, quæ nomen id accepit à vino, quam rubrum eſt nigriore, coloremque hepatis habet.

Ὡς τὸ σεσημμένον ἐκ χολῆς ξανθῆς] Verſiones omnes: ut ſanguis putrefactus aut labefactus ex bile flava. Miror autem quare ſanguis interponitur. Vertendum proculdubio, *ut quod corruptum eſt ex bile flava*. Color enim cæruleus bilem flavam corruptam aut ſuperaduſtam refert. Quod hic colori Veneto Theophilus, Actuarius de Cauſ. Vrin. lib. 1 cap. XI. Paſſeo dicto attribuit. Flava bilis, inquit, exaſſata, atque veluti violacea effecta, adeo ut parvo quodam momento indigeat ad tranſeundum ad ideam melancholici humoris, ubi penetraverit venarum ſubſtantiam, paſſeum colorem in Vrinis oſtendit.

dit. Et de Præv. Urin. lib. 1 cap. VIII. Urinæ Paſſeæ cum multitudine & craſſitie corruptioneque in hepate cumulatæ bilis ſpectantur, à qua arquatos maxime fieri novimus. Quamobrem non erraveris ejuſmodi Urinis ſpectatis, ſi pronunciaveris auruginem adventuram.

Τῇ χροιᾷ γυρώδης] Magnus Myſenus comp. de Urin. τὸ παχὺ καὶ γυροειδὲς ἴκτερον σημαίνει.

Κατὰ τὸν Γαλ.] Galenus de colore fuſco & cœruleo lib. 1 de Cauſ. Sympt. hæc habet: Τὸ μὲν οὖν φαιὸν ἐκ λευκοῦ τε ἅμα καὶ μέλανος κραθέντων γίνεται· τὸ κυανοῦν δὲ λευκοῦ λαμπροῦ συνελθόντος, καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσόντων. Quod à Platone didicit, quare addit: Οὕτω γὰρ ἡμᾶς καὶ ὁ Πλάτων ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐδίδαξεν. Plato autem in Timæo ſic ait: Πυῤῥὸν δὲ ξανθοῦ τε καὶ φαιοῦ κράσει γίγνεται· φαιὸν δὲ λευκοῦ τε καὶ μέλανος ..... Λαμπρὸν δὲ λευκῷ συνελθὸν καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσὸν κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται.

Ὡς τὰ ξηρὰ ἰσχάδια] Cod. MS. Gr. quo Morellus uſus eſt, ὡς τὸ παρὸν ἰσχάδια. Cod. Oxon. quo nos, ὡς ῥοισχάρια. Verſio MS. ut roiſchadia. Forſan ſcriptum erat ὡς ῥοϊσκάδια, i.e. ut parva mala punica; quæ tamen non ſunt fuſca, ſed purpurea. Verum legendum cenſeo cum Morello, ὡς τὰ ξηρὰ ἰσχάδια. Fuſcum ſiquidem colorem præ ſe ferunt ficus exſiccatæ. Et Torinus vertit: veluti ficuum atrarum cum exaruerint. At vero ἰσχὰς & ἰσχάδιον per ſe ficum ſiccam ſignificant, adeo ut τὰ ξηρὰ abundare videatur.

Ὡς πράσινον, κραμβίζον, καὶ ὡσεὶ χλοή.] Cod. Oxon. ὡς πρᾶσον. Aliud exèmpl. MS. pro ὡσεὶ, legit ὡς ἡ. Viridis coloris tres differentias hic commemorat, porraceum viz. braſſiciſſantem, & herbaceam. Priorem autem Act. omiſit, ut ſtatim patebit.

Τὸ γὰρ ἰῶδες] Miror Morellum, eumque ſecutum Chart. τὸ ἰῶδες tranſtuliſſe *violaceus*. Violaceus enim color non eſt Viridis, ſed Cœruleus. Vertendum itaque *æruginoſus*. Ἰὸς enim æruginem denotat, quæ viridis. Hinc ἰώδης æruginoſus, ſive colore referens æruginem, ut ἰώδης ἔμετος, & ἰώδεα ἐμέσματα in Prorrh. Coac. Præn. Epid.

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 206 sur 291

Epid. Et paſſim apud Hippocratem. Actuarius de Diff. Urin. cap. VIII. Τῶν τοίνυν χλωρῶν χρωμάτων, τὰ μὲν κραμβίζοντά εἰσι, τὰ δ' αὖ χλοάζοντα, ἰώδη τε καὶ σμαραγδίζοντα, ὡς ἐξ ὧνπερ ὠνομάσθησαν. Ubi optime Interpres. Viridium colorum alius eſt, ut qui in foliis braſſicæ, alius, ut qui in foliis graminis, ærugine (non violâ) & ſmaragdo; ita ut ex his acceperint appellationem.

Ὡς μόλιβδος.] Actuarius loc. laud. Lividum colorem eſſe plumbi colorem ſi quis dixerit, magnam claritatem rei attulerit, quare ex hoc illum concipere oportet.

Καὶ τὰ ἐπερχόμενα ἐκ τῶν πλ.] MS. Oxon. καὶ τὰ ἐκ τῶν ἐπερχομένων πληγῶν τῷ σ. Act. de Cauſ. Urin. lib. I. cap. XIII. Livida ſuperavit Venetam, quia fit ob plagas, interdum & lora incuſſa homini. Et de Jud. Urin. lib. I. cap. XX. Lividus vero color eodem modo generatus (à frigore viz. &c.) in urina ſpectatur, interdum vero indicat plagas, atque verbera incuſſa homini. Item, Quæ vero livida apparet ob plagas & verbera, eam vibices ac notæ corporis tibi ſignificabunt. Galenus autem de Criſ. lib. I. cap. XII. de colore livido ait: πελιδνὸν δὲ χρῶμα μόνον ψύξεως ἔκγονον.

Ποτὲ μὲν ψύξιν, ποτὲ δὲ θ.] Act. de Cauſ. urin. lib. I. cap. XIII. Niger vero urinæ color & ob frigiditatem valde exauctam, & exceſſum caliditatis.

Εἰ δ' ἐκ πελιδνοῦ, ψύξιν.] Ita lego pro εἰ δὲ πελιδνόν, ut in impreſſis. Patet ex Actuario, qui colori livido Venetum adjecit. Verba ſunt, de Jud. urin. lib. I. cap. XX. Quinetiam urina ſumme nigra interdum ſignum caliditatis ad extremum provectæ, præſertim ubi viridis urina præceſſerit, aut aliqua ei proxima; interdum ſignificat extremam frigiditatem, & cognoveris hæc ita ſe habere hac ratione, nimirum quum livida & Veneta has præceſſerunt. Hinc apparet, quam male hunc locum Torinus tranſtulerit, quum hæc verba de colore livido intellexit. Quin & vertit: *Quandoque non tam algoris quam ardoris indicium eſt; ſi viride ſuccedit, calorem; ſin pallidum,*

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 207 sur 291

*lidum*, *frigiditatem portendit.* Videtur autem legiſſe, non πελιδνὸν, ſed ὠχρὸν. Nam pallidum tranſtulit, non lividum. Æ. lius lib. v. cap. XLIV. loco τοῦ χλωροῦ, ξανθὸν ſubſtituit. Τὸ δὲ μέλαν, inquit, ποτὲ μὲν ἐνδείκνυται ψύξιν, ποτὲ δὲ θέρμην, εἴτουν ὑπερόπτησιν· καὶ εἰ μὲν ἐν πρότερον πελιδνὸν οὐρηθῇ, εἶθ' οὕτως γένηται μέλαν, ψύξιν ἐχει τὴν αἰτίαν· εἰ δὲ τὸ ξανθὸν προηγήσατο, ἐπεὶ δὲ μετεβλήθη μέλαν, ὑπὸ πλείονος θερμοῦ ἐξυπεροπτηθὲν τὸ μέλαν γέγονε.

Λεπτὸν γαλακτῶδες τοῦτο σ.]. Tota hæc periodus in codd. impreſſis ita concipitur. Λεπτὸν γαλακτῶδες, τοῦτο συνίσταται ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν πυρετῶν· τοιοῦτον ἐρχόμενον πονηρὸν· ἐν δὲ ταῖς παρακμαῖς, ἐστὶ τὸ πολὺ καὶ λυσιτελές. Chartarius vertit: *Tenuis lactea Urina. Hæc coagmentatur in principiis febrium; cum talis meitur, malum eſt; in declinatiobus vero eſt etiam plerumque utilis.* Morelli quidem verſio aliter punctata eſt ac textus Græcus; reddit enim: *Tenuis lactea urina coagmentatur. In principiis febrium cum talis meitur, malum eſt.* Mendum autem non vidit, ut nec poſt illum Ch. Legit enim uterque: ἐν δὲ ταῖς παρακμαῖς ἐστὶ τὸ πολὺ καὶ λυσιτελές, h. e. ex illorum mente; *in inclinationibus*, aut *declinationibus vero eſt etiam plerumque utilis.* Nos autem mutatis diſtinctionibus & ἐστὶ τὸ πολὺ καὶ λ. in εἰ τὸ πολὺ, λ. converſis, talem ſenſum elicuimus, quem in verſione exhibuimus. Maxime ſiquidem utilis dicitur hujuſmodi Urina in declinationibus febrium, ſi copioſe fluat. Appello Actuarium, de præv. urin. lib. I. cap. II. ubi de urinis albis, (in quibus lactea) agens, ait: *In initiis & incrementis febrium ejuſmodi colores Urinarum mali ſunt, præſertim ſi vehementiores ſunt febres... In febrium vero declinatione apparentes ſignificant ſalutem, eo potius ſi multitudo Urinarum exierit.*

Δῆλον τοῖς πρὸ ἡμῶν σοφοῖς.] Chartarius legit: δεδήλωται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν. Theoph. quidem cap. IV. de lotio tenui quod ſic mingitur, & ita manet, affirmat, quod

ſit

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 208 sur 291

ſι ἄπεπ]ον ἰχάτως. Verum in MS. Oxon. legitur ut in impreſſis, & Th. hoc loquendi modo gaudere videtur. Sic ſup. cap. v. Παρὰ τοῖς σοφοῖς τῶν ἰατρῶν. Et οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν, Ib. nec non, τὶς τῶν σοφῶν αὐτῶν. Item infr. cap. x. Hippocratem σοφώταἶον appellat. Lectio itaque haud temere mutanda.

Τὰ δὲ χρώματα ταῦτα σ.] Probare nititur Th. tenuem urinæ conſiſtentiam coloribus ad albedinem accedentibus (quales ſunt glaucus & charopus) conjunctam, cruditatem denotare. Quod hoc modo facit per partes. Conſiſtentia tenuis, inquit, cruda eſt, & colores ad album vergentes cruditatem ſignificant ſeparatim; ergo & colores & conſiſtentia conjunctim. Ex verbis enim talis ſyllogiſmus aut potius Enthymema formari poteſt: Ἡ λεπτὴ σύςασις ἄπεπ]ός ἐςι, καὶ τὰ χρώματα πλησίον ὄντα τοῦ λευκοῦ ἀπεψίαν σημαίνουσι. οὐκοῦν τὸ λεπ]ὸν μετὰ τούτων τῶν χρωμάτων (ita enim lego pro μετὰ ταῦτα τὰ χρώματα) συνιςάμενον, ἀπεψίαν σημαίνει. Priorem partem dicit in confeſſo eſſe: δῆλον, inquit, τοῖς πρὸ ἡμῶν σοφοῖς. Poſteriorem exinde probat, quod colores iſti, Glaucus viz. & Ravus, tincti non ſint. Iſtam autem non-tincturam provenire ſcribit ab imbecillitate nativi caloris. Jam vero ſi calor fuerit imbecillis, concoctionis opus recte procedere nequaquam poteſt. Οὐ γὰρ ἐχρώσθησαν, ait, παρά τινος τῇ ἀσθενείᾳ τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ. Jure itaque concludit: Οὐκοῦν τὸ λεπ]ὸν μετὰ τούτων τῶν χρωμάτων συνιςάμενον ἀπεψίαν σημαίνει. Actuarius de cauſ. urin. lib. I. cap. v. hujus rei haud diſſimilem cauſam reddidit: *Urina vero*, inquit, *quæ albedinem remiſſam oſtendit, præſertim quæ vergit ad Glaucum & Charopum colorem non facile dixerit propter flavæ bilis ad alias partes traductionem, ſed potius ob debilitatem virtutis alterantis & concoquentis humores fieri nemo prudentium inficias ire poterit.* Et lib. II. cap. XII. *Demonſtratum eſt ut ad albam vergentes Urinæ concoctionem defeciſſe demonſtrent.*

Ἄρχη πέψεως τὰ τοιαῦτα σ.] Act. loc. cit. *Urina quæ ſubſpicea & ſpicea apparet, indicat minorem inconcoctionem,*

N *quam*

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 209 sur 291

*quam quæ ſuperius memoratæ ſunt, veluti naturam aggredi concoctionem ſignificat.*

Τὴν μὲν γὰρ σ.] Morellus hunc locum ita vertit. *Etenim conſtitutionem, ut contumaciorem, calidum nativum non potuit denſare: à colore autem, ut ſequaciore, ad initium concoctionis ſtatus mutatus.* Melius Chart. *Etenim conſiſtentiam, ut contumaciorem, calidum nativum non potuit denſare; colorem autem, ut faciliorem, ad initium concoctionis tranſmutavit.* Nos verba poſtrema reddidimus: *colorem vero, ut ſequaciorem, in concoctionis limine mutavit.* Eſt autem εἰς ἀρχὴν idem quod ἐν ἀρχῇ· εἰς ſiquidem & ἐν ſæpiſſime commutantur. Sic apud Plat. εἰς τὸ παρὸν, quod aliter dicitur, ἐν τῷ παρόντι. Latine in præſentia, in præſenti, in præſens. Et apud Xen. in Symp. εἰς καλὸν, quod & ἐν καλῷ, commode viz. & auſpicato. Ita & apud Theoph. εἰς ἀρχὴν tantundem valet ac ἐν ἀρχῇ. Pſeudo-Gal. cap. v. de urina tenui ſpicea. Τὸ τοιοῦτον ἀσθένειαν δηλοῖ· τῷ μὲν γὰρ χρώματι τὸ οὖρον ἔπεψεν, ὡς ἂν ῥᾴδιον ὑπάρχον, οὐκέτι δὲ καὶ τῇ συστάσει, διὰ τὸ δυσκολώτερον.

Τοῦτο κρεῖττον τοῦ πρ.] Pſeudo-Gal. cap. VI. de Urina tenui & rufa. Βέλτιον μὲν τοῦ προτέρου (ὠχροῦ viz.) τὸ τοιοῦτον τυγχάνει.

Τὸ ἔμφυτον θερμόν.] Act. de Jud. Urin. lib. I. cap. XIII. calorem hunc non κατὰ φύσιν, ſed παρὰ φύσιν appellat, urinamque auream croceæ conjungit. *Aurea, inquit, & crocea ultra prædictas apparens urina intenſionem quandam præternaturalem caliditatis oſtendit.*

Καλοῦμεν καὶ αὐτὸ ἄπεπτον οὖρον.] Pſeudo-G. cap. VI. de tali urina: Ἔστι δὲ ἄπεπτον διὰ τὴν σύστασιν. Eadem leguntur apud Ætium lib. v. cap. XXXII. niſi quod pro ἄπεπτον vitioſe ſcribitur ἄμεμπτον. Huc etiam referri poteſt ſententia Hipp. lib. Præn. Ἔστ' ἂν δὲ πυῤῥόν τε εἴη τὸ οὖρον καὶ λεπτὸν, σημαίνει τὸ νόσημα ἄπεπτον εἶναι. Galenus verus de Criſ. lib. I cap. XII. Τὸ ὑπόπυῤῥόν τε καὶ λεπτὸν, ᾗ μὲν λεπτὸν ἄπεπτον, ᾗ δὲ τῇ χρόᾳ τοσοῦτον, ἤδη πέπεπται.

Item

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 210 sur 291

Item libell. de Ur. ex Hip. Gal. aliiſque cap. v. τῶ δὲ ἀπεπτ, ἐ νοσήματος τὸ οὖρον πυῤῥὸν μὲν τῷ χρώματι, τῇ δὲ συςάσει λεπτόν.

Οὐ μόνον τῶ καῦμα φ. ἑξ.] Dixit tamen Gal. lib. I de Cr. cap. XII. Οὖρον ὑπόξανθον ἄριστον εἶναι. Et Th. ſup. cap. III. Ἄριστον οὖρον aſſeruit ὀλίγον μετέχειν τῶ ξανθῶ.

Ἀσιτήσαντος τῶ τ.] Act. de Jud. Ur. lib. I cap. X. *Jejunantium Urina flamea atque Crocea, & tenuis, apparet.* Et lib. II cap. I. *Quæ Urina ab inedia profluit tenuis, hæc ipſa ſubcrocea ſpectatur.* Nec non de Cauſ. Urin. lib. II. cap. XIII. *Eorum qui inedia laborarunt Urinæ, primum flavæ & ruſæ & tenues ſpectantur.* Galenus etiam ait lib. I de Cr. cap. XII. Τοῖς ἐξ ἐνδείας καὶ πόνε πυῤῥὰ μὲν καὶ χολώδη ἐστι.

Διὰ τὸ πλ.] Act. de Cauſ. Urin. lib. II cap. XIII. *ubi vero ſufficiens materia defecerit, tunc in ſeipſum vertitur calor, ac ſi quam eſſe humiditatem contigerit, illam abſumit, qua ablata ipſe acrior redditur, & flava bilis profuit, qualitate ejus calida & ſicca inaucta.*

Χρωματίσης τῆς ἀσιτίας.] Pro ἀσιτίας Morellus legendum conjectat συςάσης, verum in MS. Oxon. ſcribitur etiam ἀσιτίας, &, ni fallor, optime. Videtur autem verſionis MS. autor legiſſe αἰτίας. Nam vertit *per cauſam.* Eodem tamen recidit, quoniam αἰτία, quam Theophilus intelligit, eſt ἀσιτία. Pſeudo-Gal. de Urina Tenui flava, ὕλης ἔνδειαν δηλοῖ, ὡς νεώτερος ἀσιτίαις.

Ἐν ὥρῃ θερινῇ.] Act. de Jud. Urin. lib. I cap. VIII. *Quum æſtas incipit atque frigus exauctum eſt, urinæ apparent ſubaureæ atque ſubcroceæ.* Item, *procedente autem æſtate ac ad ſummum accedente Tenuitas in Urina fulget cum ſplendore quodam, & ipſa quoque inclinat erga croceum atque aureum.*

Ἐν ᾗ τριταῖοι τὰ πλ.] Sic & Hipp. Aph. XXI. lib. III. æſtatis morbis accenſentur τριταῖοι πλεῖστοι.

Καὶ γὰρ αὐτῶν τὰ οὖ. ξ.] Act. de Jud. Urin. lib. II cap. XXI. *Tertianæ puræ febris quum fit, Urinæ ſpectantur au-*



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 211 sur 291

*rea & croceæ.* Et de Cauſ. Ur. lib. II cap. XX. *Purarum Tertianarum Urinæ verſus flavum & rufum colorem attolluntur.*

Καὶ ἡ ἀγρυπνία ϗ ἡ φροντίς.] Quod pluribus hic Theophilus, Pſeudo-Galenus cap. VII. ita breviter expreſſit. Ἀλλ' ἔςω λεπτὸν ὡς ὑπόκειται, ἀλλὰ ξανθόν· τοῦτο σημαίνει ἐ μόνον ἀπεψίαν, ἀλλὰ ϗ ὕλης ἔνδειαν δηλοῖ, ὡς νήπιος ἀσιτήσας· ἐνδιδάσκει δὲ ϗ θερμότητα πολλὴν ἐν τῷ βάθει τίκτειν χολὴν, ὡς ὁ τεταρτῆος· δηλοῖ ϗ ἀγρυπνίαν ϗ φροντίδα.

Λεπτὸν τλ.] Supplevi ex MS. Oxon. ut enumeratio juſta ſit; λεπτὸν χαροπὸν, λεπτὸν ὠχρὸν, λεπτὸν ὕπωχρον. Et λεπτὸν πυῤῥόν. Tria ultima deeſſe ſuſpicatus eſt Morellus; verſ. autem MS. præter tria iſta & primum agnoſcit, ut & Cod. Gr. Oxon. MS. licet λεπτὸν ὑπόπυῤῥον, in eodem deſiderentur.

Δηλοῖ τὸ ὠμὸν χυμὸν π.] Pſeudo-Gal. cap. XII. de urina craſſa alba. Τὸ τοιοῦτον δηλοῖ τὸ ὠμὸν χυμὸν πολὺν συνάγεσθαι ἐπὶ τὸ σῶμα.

Ρ'ύεται ἀποςάσιος ἐπ' ἄρθρα γεγ.] Cod. Oxon. εἰς ἄρ. Et Hippocr. lib. IV Aph. LXXIV. Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίςασθαι, ῥύεται τῆς ἀποςάσιος οὖρον πολὺ ϗ παχὺ ϗ λευκὸν γιγνόμενον, οἷον ἐν τοῖς κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίγνεσθαι. Quin & Epid. lib. VIII. ait: Οὖρον παχὺ λευκὸν οἷον τῷ Ἀμφιγενέος ἐπὶ τοῖσι κοπώδεσι τεταρταίοις, ἔςιν ὅτε ἔρχεται, καὶ ῥύεται τῆς ἀποςάσιος. Patet igitur legendum ἀποςάσιος, non ἀποςάσιν, ut in Oxon. Cod. Huc etiam referendus lib. IV Aph. XXXI. Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἐς ἄρθρα ϗ παρὰ τὰς γνάθους μάλιςα αἱ ἀποςάσιες γίγνονται, ubi iterum legitur ἐς ἄρθρα.

Τοῖς προπεπονηκόσιν αὐτά.] Ita lego pro αὐτοῦ. Αὐτὰ enim ἄρθρα reſpicit, quod præceſſit. Nam ni fallor; hoc vult Theoph. viz. Urinam albam & craſſam copioſe redditam, abſceſſu in Articulis collecto illos liberare, qui iiſdem articulis olim ægrotârunt. Rem ipſam

extra

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 212 sur 291

extra omnem controverſiæ aleam ponunt Galeni verba, Com. ad Aph. LXXIV lib. IV quæ autor noſter ferme tranſcripſit: Δηλεκταί μοι, inquit, καὶ πρόσθεν ὡς ἀποστάσεις ἐς τὰ ἄρθρα γίνονται τοῖς τι προπεπονηκόσιν αὐτὰ (NB), καὶ τοῖς ὁπωσοῦν κοπώδεσιν ἐν τῇ νόσῳ γενομένοις, ἐπί τι μέρος τούτοις ὅσοι χρονίζουσι παχέων χυμῶν ἐπὶ πλήθει. Sic & libell. de Ur. ex Hipp. aliiſque, cap... verbum προπονέομαι accuſativo jungitur, his verbis (ex Æt. lib. V cap. XXX. deſumptis:) Ἀλλὰ καὶ πρότερον διορίζεσθαι χρὴ τῷ προπεπονηκέναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ νεῦρον (lege νεφρὸν,) ἢ ἧπαρ, ἢ ἕτερόν τι μέρος τῶν ἰαθέντων διὰ τῶν οὔρων καθαίρεσθαι. Ex dictis mendoſum eſſe ſuſpicor Hipp. Aphoriſmum XXXIII lib. IV. Ibi enim vulgo legitur, Ἀτὰρ ἤν καὶ προπεπονηκώς τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος. Legendum autem cenſeo, προπεπονηκώς τι ᾖ. Et vertendum: *Sin vero quiſquam ante morbum, qui jam adeſt, in aliqua parte dolorem ſenſerit, ibi morbus figitur*. Ob partis imbecillitatem viz. & humorum ῥοπήν.

Ἐν νόσοις κοπώδεσι.] MS. Oxon. ἐν νόσῳ κοπώδει. Reddidi, *Quique morbos cujuſcunque generis laborioſos patiuntur*. Verti poteſt: *Quique morbis quibuſcumque afflictim tentantur*. Nam τὸ κοπώδεσι referri poteſt tam ad τοῖς, quam ad νόσοις. Sic Hipp. lib. IV Aph. XXXI. Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν &c. De illis qui febribus graviſſimè affliguntur, ſed ad idem fere redit, utrum hoc vel illo modo relatio fiat.

Ἀνατεταραγμένα εἰς τὰ τῶν ὑποζυγίων] Morellus edidit, εἰς τὰ ὑπὸ τῶν ζυγιῶν. Chart. mutavit ζυγῶν in ζυγίων. Nos vero reſtituimus, τὰ τῶν ὑποζυγίων, idque Hippocratis auctoritate, qui lib. IV Aph. LXX. ſic ait: Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται. Et Epid. lib. VII de Polyphante οὖρον ἐρυθρὸν ἀνατεταραγμένον οἷον ὑποζυγίου commemorat. Legitur tamen in quibuſdam Hippocratis exemplaribus ἀνεστραμμένα, quam vocem Galenus in Gloſſis exponit per ἀνατεταραγμένα, & addit, εἴρηται δὲ καὶ ἐπὶ οὔρων, & vetus interpres, monente



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 213 sur 291

Fœſio, vertit, *converſas Urinas*. Vid. Fæſ. Oecon. Hipp. eaſdem Urinas craſſas viz. & perturbatas. Hipp. Epid. lib. VII. Et ἀνατετραμμένα nominat. Πάνυ γὰρ, inquit, τὰ δασέα οὖρα καὶ τὰ ἀνατετραμμένα, σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης. De iiſdem Urinis Pſeudo-Gal. cap. XLVI. Τὸ δὲ παχὺ οὐρούμενον καὶ καθιστάμενον οἷον ὑποζυγίου, δηλοῖ τὴν τῶν παχέων πνευμάτων τε καὶ χυμῶν ζύμωσιν· ἐπὶ τούτοις κεφαλαλγίαι πάρεισιν ἢ παρέσονται διὰ τὴν ἐν τοῖς χυμοῖς ταραχὴν, καὶ τὰς ἀναθυμιάσεις. Ubi pro καθιστάμενον, legendum, μὴ καθιστάμενον. Nam quod Urinæ Jumentorum ſimiles ita perturbatæ ſint ut ſedimentum non deponant, Ætius docet, lib. V. cap. XXXV. his verbis: Τὸ δὲ παχύ τε οὐρούμενον, καὶ μένον παχὺ, καὶ μὴ καθιστάμενον, οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῶν ὑποζυγίων &c.

Πῶς δὲ φαίνεται ἢ ἄν.] Hic ſibi non liquere ingenue faſſus eſt Morellus. Charrarius mutat διαποκατασταθέντα (ut Morellus edidit) in ἀποκαθιστάμενα. Cod. vero Oxon. habet ἀποκαταστάντα. Nos autem Theophilum ſic intelligimus. Lotium craſſum rarum duplex affirmat quietum viz. & perturbatum, quale jumentorum. Hoc dolorem capitis, præſentem aut futurum, indicare monet, illud vero corpus tantum in genere male affici. Quum autem ambo craſſa ſint, ideoque unum poſſit ab altero haud facile diſtingui, ut diſtinctio fiat, utrumque præcipit igni admovendum, illudque quod bullas in ſuperficie oſtendit, perturbatum eſſe; quod vero nullas ſed hypoſtaſim deponit, quietum. Hypoſtaſeos hic meminimus, eo quod Theophilus hujuſmodi lotium non tantum ἀτάραχον, ſed & ἀποκαταστάντα indigitet. Interpretationem noſtram non parum ſuffulciunt Galeni verba, Com. ad Aph. LXX lib. IV. ubi de lotiis perturbatis idem prædicat. Ὁποῖα δ' ἐστὶ ταῦτα (οὖρα ἀνατεταραγμένα viz.) σαφῶς ἐδήλωσεν εἰπὼν οἷον ὑποζυγίου, καὶ γίγνεται τοιαῦτα παχείας τε καὶ πυκνῆς ὕλης ἀπὸ θερμοῦ κατεργαζομένης· αὐτὰ (lego ταῦτα) γὰρ μάλιστα καὶ πρὸς τῆς ἔξω θερμασίας φαίνονται πνευματούμεναι (lege πνευματούμενα) καθάπερ ἄσφαλτος,

καὶ

ϗ πίασα, ϗ ῥευτὴν. Φαίνονται ſiquidem πνευματούμενα Galeno, idem eſt quod Theophilo πομφόλυγας κατὰ τὴν ἄνω ἐπιφάνειαν δείξουσι. Quin & idem Galenus, cur Urinæ perturbatæ, & quales jumentorum ſunt, cephalalgiam ſignificant, hanc rationem ib. aſſignat, nimirum quod materiam craſſam & tenacem, unde flatus oriuntur, intra corpus indicet, qui quidem flatus à colore excitati, & ad caput lati, dolorem inferunt. Pſeudo-Galenus etiam, cap. XLVI. idem evenire tradit, διὰ τὴν ἐν τοῖς χυμοῖς ταραχὴν, ϗ τὰς ἀναθυμιάσεις. Forſan autem pro φαινοῦνται legendum φανεροῦνται, ut margini adſcripſimus. MS. tamen Oxon. & φαινοῦνται agnoſcit.

Πλῆθος οὔρων λεπτὸν] Τὸ λεπτὸν interpoſui, tum quod vox Tenuis in verſionibus reperiatur, cum & maximè, quod hoc Theophili ad illud Hipp. Aph. LXIX lib. IV. effictum videatur: Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει. Item, Prænot. Coac. DXCVII. Οὖρα ὀλίγα, θρομβώδεα, οὐκ ἀπυρέτοις, πλῆθος ἐκ τούτων ἐλθὸν λεπτὸν, ὠφελεῖ. Ubi vocem παχέα deeſſe ex præcedenti loco non male ſuſpicatus eſt An. Fœſ. Not. ad loc. In MS. Oxon. legitur, πλῆθος οὔρου λεπτοῦ.

Εἰ ἔστιν ἡ ὑπόστασις τοιαύτη, κτλ.] Hipp. lib... Prænot. Εἴ τε εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον, ϗ ἡ ὑπόστασις αὐτέου ὁμοίη ὑπέρυθρή τε ϗ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ πρώτου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα. Ubi Galenus in Com. ex eo quod urina craſſa ſubrubra ſanguinis (humorum optimi) redundantiam ſignificet, ſecuritatem colligit; ab humiditate vero & ſeroſitate (quod humores iſtiuſmodi tardius coquantur) diuturnitatem. Ὅταν, inquit, αἵματος ὀῤῥὸς συμπεριέχηται τῷ οὔρῳ, φαίνεται μὲν ϗ κατὰ τὴν χρόαν ὑπέρυθρον, ἐνδείκνυται δὲ περιουσίαν αἵματος οὐκ ἀκριβῶς κατειργασμένου· διότι μὲν οὖν τοῦ χρηστοτάτου τῶν χυμῶν ἐστὶν ἡ πλεονεξία, διὰ τοῦτο ἀκίνδυνον ὑπάρχει· διότι δὲ ὑγροτέρου τε καὶ ὀῤῥωδεστέρου τούτου ὄντος, διὰ τοῦτο χρῄζει πέψεως· ὥσπερ οὖν ἐκ τῶν χρόνων οἱ πεπασμοὶ γίνονται, δεόν-



Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 215 sur 291

τως δὲ τὸ τοιοῦτον οὖρον χρονιωτέραν ἔσεσθαι, διὰ τὸ βραδύτερον ἐνδείκνυσθαι τὴν λύσιν τοῦ νοσήματος. Pſeudo-Gal. capp. XXI & XLIV. Et Æt. lib. V cap. XXXIII. hæc omnia de urina rubra affirmant. Et Chriſtodulus ἀνέκδοτος, περὶ οὔρων: Καὶ ἐὰν φανῇ κόκκινον οὖρον ἐρυθρὰ ἔχον καὶ τὰ στεφάνια, καὶ τὴν ὑπόστασιν, σπανίως δὲ φανεῖται θανάσιμον, εἰ δὲ μὴ θανάσιμον, φανεῖται δὲ μακρονοσίας δηλωτικόν. Niſi forſan ubique legendum ſit ὑπέρυθρα. Hipp. autem Prænot. C. DLXXV. tradit, Lotia ſubrubra ante diem ſeptimum diuturnitatem morbi non ſignificare, ſed ipſum finire: Τὸ δὲ ὑπέρυθρον, ait, καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρόν τε καὶ λείην, πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γινόμενον, ἑβδομαῖον ἀπαλλάσσει, μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην, χρονιώτερον, ἢ πάντως χρόνιον.

Δηλοῖ πολὺ τὸ αἱματικὸν χ.] Pſeudo-Gal. cap. XIII. Ἀλλὰ δὲ ἔστω παχὺ καὶ ἐρυθρὸν τὸ τοιοῦτον οὖρον συνίσταται, καὶ σημαίνει πλῆθος αἵματος, ὡς ἐν συνόχοις πυρετοῖς. Simile de urina ſubrubra Galenus Com. ſupr. laud. ἐνδείκνυται δὲ περιουσίαν αἵματος (addit tamen) οὐκ ἀκριβῶς κατειργασμένου.

Ὥσπερ ἐν συνόχοις πυρετοῖς] Pſeudo-Gal. cap. XLIV. Ἐπὶ δὲ τῶν συνεχῶν πυρετῶν ἐπὶ πλήθει αἵματος συνισταμένοι (lege συνισταμένων) ἐκκρίνεται οὖρον ἐρυθρὸν καὶ παχύ.

Ἀκατάστατον] Morellus & Chartarius verterunt, obſcure ſatis, *Incompoſita urina*; nos autem melius, ut opinamur, *abſque ſedimento*, aut *ſedimine carens*. Nam καθίστημι, & καθίσταμαι ſubſidere ſignificant. Unde paulum ſuperius, οὖρα ἀποκαταστάντα, & non multo poſt, οὖρον μὴ καθιστάμενον, de urina ſubſidentia carente. Sic & apud Hipp. prædict. lib. I no. XXXII. loco huic non multum abſimili: Κώφωσις, καὶ οὖρα ἀκατάστατα ἐξέρυθρα, παρακρουστικά. Τοῖσι τουτέοισι ἐκτεροῦσθαι κακόν. Ubi οὖρα ἀκατάστατα ſunt Lotia minime ſubſidentia. Vid. Fœſ. Not. ad loc. & Oecon. Hipp. Sed quod rem extra controverſiam ponit, eſt locus alter Hipp. qui ad illuſtrandum Theophilum plurimum confert. Is occurrit Epid. lib. III Ægr. II. cui nomen Hermocrates, qui febre vehemen-

mentiſſima, quam Hipp. πῦρ appellat, correptus, ἤρξατο ἀλγέειν κεφαλὴν.... ὑποχονδρίῳ ἔντασις λαπαρῶς... κώφωσις αὐτίκα... Οὖρα παχέα ἐρυθρὰ κείμενα, οὐ καθίστατο (NB) Deinde ſubjungit: Ἕκτη δὲ ἰκτεριώδης.

Παχὺ πελιδνόν.] In verſione Vet. MSta legitur, *Pinguis Vinea*: ac ſi autor legiſſet, παχὺ οἰνωπὸν, non πελιδνόν. Ejuſdem etiam Verſionis Autor Colorum craſſæ Urinæ nomina, uſque ad Παχὺ Μέλαν, mire tranſponit. Nam παχὺ οἰνωπὸν vertit, Pinguis Cyanos; quaſi ob oculos habuiſſet παχὺ κυανοῦν. Item παχὺ καυνιοῦν tranſtulit, Pinguis Viridis: & παχὺ χλωρὸν, Pinguis Livida; ac ſi priori loco χλωρὸν legiſſet, poſteriori vero πελιδνόν. Verumenimvero cum eadem ſignificata quorundam colorum, quos Theoph. commemorat, apud alios etiam autores habeantur, ut in craſſa Livida & Vinea ſtatim patebit, ordinem colorum Gr. Cod. non mutavi; ſed quem reperi retinui.

Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν πυρετοῖς καυσ. κεφ. ἀλγ.] Morellus & Chartarius ediderunt: ϗ ἐὰν ἔλθῃ ἐν πυρ· καυσώδεσι, κεφαλῆς ἄλγος, ϗ περὶ ὀδύνης φέρει κρίσιν. In cujus loci Verſione ambo lapſi ſunt. Vertit enim Morellus: *Opaca Livida, etiam ejuſmodi copulatur: ac ſi quidem in febribus querceris ſeu fervidis capitis angor ſubierit, etiam de dolore judicium adfert.* Nec melius Chart. *Opaca Livida, etiam ejuſmodi datur, ac ſi quidem in febribus ardentibus capitis dolor ſub.* &c. ut Morellus. Uterque ἐλθὸν refert ad κεφαλῆς ἄλγος, cum referri debeat ad παχὺ πελιδνόν. Th. eadem voce de Urinis ſæpius uſus eſt. Ita ſupr. cap. v. Οὖρον ἐλθὸν πολὺ ϗ λευκὸν ϗ λεπτὸν ἐν ὑγ. &c. Et Οὖρον τοιοῦτον ἐλθὸν σημαίνει ἀσθένειαν δυνάμεως. Ib. Sic & οὖρον ἐρχόμενον, & ἔρχονται τὰ τοιαῦτα paulo infra. Item cap. v. quod ad hunc locum quam proxime accedit, Οὖρον ὁμοίως ἐλθὸν ἐν καυσώδει πυρετῷ &c. Præterea ex Interpretatione allata poſterius ϗ redundat. Elegantius ſiquidem ſcripſiſſet Th. ſi id voluerit quod vv. cll. prædicti, ϗ ἐὰν ἔλθῃ ἐν πυρετοῖς καυσώδεσι κεφαλῆς ἄλγος, περὶ ὀδύνης φέρει κρίσιν, quam ϗ

περὶ ὀδ. ut nihil dicam de commate poſt καυσώδεσι, quod hac verſione admiſſa, omnino tollendum. His mecum ſeduló perpenſis vitioſum codicem Græcum fuiſſe ſuſpicatus ſum. Omnia itaque ſalva futura ſtatim conjeci, mutando ἄλγος in ἄλγυς, & emendo περὶ ὀδύνης in περιωδυνίης. Nam hoc mihi viſus eſt Th. voluiſſe viz. Urinam craſſam & lividam in febribus ardentibus profluentem, doloris capitis, etiam vehementiſſimi, ſolutionem adferre. Περιωδυνίη enim paſſim apud Hippocr. ſignificat ingentem dolorem; & περιωδυνέω & περιωδυνάομαι, vehementer doleo, dolore obruor. Sic Aph. LII. lib. VII. Ὁκόσοισιν ἧπαρ περιωδυνᾶται &c. Heurnius, quibus hepar admodum dolet &c. Wintertonus, *Immenſum Jecoris febris poſt orta dolorem Tollit*. Sic & lib. VI. Aph. X. (cujus loci conſideratio me ad emendationem Th. manu duxit) κεφαλὴν πονέοντι, καὶ περιωδυνέοντι. Heurnius, ex capite dolenti, & vehementer &c. Vocem etiam περιωδυνίη de gravi capitis dolore uſurpavit Hipp. lib. περὶ παθῶν. Οἶνον δὲ, inquit, μὴ προσφέρειν ἕως τ' ἂν ἡ περιωδυνίη παύσηται· τὸν γὰρ οἶνον ὅταν θερμὴ ἐοῦσα ἡ κεφαλὴ σπάσῃ, ἡ περιωδυνίη ἰσχυροτέρα γίνεται. Vid. plura apud Fœſ. in Oecon. Hipp. voce περιωδυνίη. Et Doctiſſimum Hen. Stephanum voce περιωδυνίαν, ubi apud Dioſcoridem l. 7. in initio, ſcribendum docet περιωδυνῶν à nomine περιωδυνία, rectiſſime, ut ex Hippocrate patet. Et hæc quidem ſcripſi, antequam MS. Gr. Oxon. inſpexeram, in quo, eodem ſenſu, verbis licet nonnihil mutatis, legitur, κεφαλὴν ἀλγοῦσι, καὶ περιωδυνωμένοις φέρει κρίσιν ut in textu. Quæ ipſiſſima Theophili verba exiſtimo. Firmat autor lib. alt. de Dynamidiis Galeno adſcripti, qui tamen urinam lividam ſcribit caput dolentibus (κεφαλὴν ἀλγοῦσι) augmentum ſignificare. Th. autem Criſim.

Καὶ ἐπὶ ὑγιαινόντων ἐρχ.] Totus hic locus in editionibus ante nos ita erat conceptus. Καὶ ἐπὶ ὑγιαινόντων ἐρχομένων πυρετὰς ἢ δρομόντων πολλὰ γίγνει, σημαίνει κακῶν ἀπαλλαγήν· πρεσβυτέροις ἐπιγινομένοισι ἐκ πολλοῦ χρόνου τὴν κύστιν

ὡς

ἄφεσιν πολὺ σημαίνει. Morellus vertit: *Et cum à valentibus egeritur, indicat anguſtias meatus, aut curſu exercitatos fuiſſe, ac malorum liberationem portendit: in ſenioribus autem à multo tempore veſica afflictis, ſolutionem ut plurimum præſagit.* Quibus verbis mendas plurimas ineſſe non eſt dubitandum. Quaſdam ſuſtulit Morellus, & ad plures tollendas viam ſtravit; verum tamen dixit, cum addiderit, totum hunc locum melioris codicis ope indigere. Quem cum nos ex Bibliothecâ Bodleiana nacti ſumus, textum, mire luxatum & corruptum, integritati reſtituimus, & mentem Theophili longe aliam fuiſſe, quam hactenus eſt creditum, in verſione docuimus. Lectionem etiam confirmant Actuarii verba, de Jud. Urin. lib. I cap. XVI. *Ad hæc interdum in ſanis corporibus qui multa elaborárunt, aut longum iter fecerunt ejuſmodi Urina vinea ſpectatur.* Et de cauſ. Urin. lib. I cap. X, ubi agit de Urina vinea. *In iis qui multum cucurrerunt atque laborarunt accidit ut Urina ejuſmodi coloris appareat ob ſanguinis aſſationem.*

Διὰ τέλους.] Idem cum ἐκ πολλοῦ χρόνου ſupra, & πολὺν χρόνον, Hippocratis in Prognoſtico.

Μὴ καθισταμένον.] Inſerui particulam negativam μὴ ex Oxon. Cod. Occurrit etiam in verſ. MSta & præſentiam ejus voces cæteræ poſtulare videntur. Talem enim Urinam hic intelligit, quam ſupra ἀκατάστατον vocavit, & alibi ἀνυπόστατον & ἀδιάκριτον indigitare ſolet.

Παρακρουστικόν.] Exinde patet neceſſitas intercalandi præcedentem particulam μὴ. Hippocrates enim inter παρακρουστικὰ, ſive quæ delirium portendunt, numerat οὖρα ἀκατάστατα, i. e. Urinas minime ſubſidentes, ut vocem iſtam exponi debere ſupra monuimus, ubi & hæc verba Hippocratis citantur: Κώφωσις καὶ οὖρα ἀκατάστατα, ἐξέρυθρα, παρακρουστικά. Firmat etiam Galenus in Com. qui etſi neget ſignorum συνδρομὴν ab Hippocrate memoratam παράκρουσιν neceſſario præcurrere, contingenter tamen concedit: Ὥσπερ οὖν, inquit, ἐνδεχόμενόν ἐστιν ἐπὶ τῶν εἰρημένων συνόδων (inter quæ οὖρα ἀκατάστατα) παρακροῦσαι τὸν ἄνθρω-

θρωποι, οὕτως οὐκ ἀναγκαῖον. Unde etiam paulo inferius aſſerit ἀκατάστατα οὖρα ἐν (lege σὺν) τοῖς ἐναιωρήμασι πρῶτον μὲν ἐν ταῖς φλεψὶν ἀπέπτων χυμῶν ταραχὴν ἐνδείκνυται, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ τῇ τῆς παρακρούσεως γενέσει συντελεῖ. Eſt quidem παρακρουστικὸν, quicquid delirium imminens ſignificat. Erotianus exponit per παρακοπτικόν. Ut contra Hom. Schol. ad Il. ψ. verſ. DCCXXVI. (diverſo licet ſenſu) Κόψ. per ἔκρουσεν. At Heſychius παρακόπτει (lege, accentu ſolum mutato, παρακοπτεῖ) παραφρονεῖ. Παρακρούειν autem, unde παρακρουστικὸν, apud Erotianum proprie ſignificat parum & leviter delirare, unde παρακρούειν veteribus dici monet τὸ ἐπ' ὀλίγον παραφρονεῖν. Anut. Fœſio opponi videtur τῷ ἐξίστασθαι, unde ἔκστασις. Nam Galenus ad iſtud Prædict. lib. II. Τοῖσιν ἐξισταμένοισι μελαγχολικῶς &c. μελαγχολικὴν ἔκστασιν interpretatur τὴν σφοδρὰν καὶ θηριώδη. Crediderim tamen ego παρακρούειν & ἐξίστασθαι, ut etiam παράκρουσις καὶ ἔκστασις gradu ſolum invicem differre. Certus enim ſum Hippocratem nihil aliud diſcriminis inter illa ſtatuiſſe, cùm dixerit prædict. lib. I. Αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει, γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες, καὶ αὗται τρομώδεες γενόμεναι, ἐξίστανται. Ubi Galenus, ταῦτα δὲ σύμπαντα τὰ προειρημένα συμπτώματα δι' ἐπίτασιν γινόμενα τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ ξηρότητος, ἔκστασιν δηλοῦσι γίνεσθαι. Iidem igitur qui παρακρούσει laborant, laborant & ἐκστάσει mitiori ſaltem. Imo, ut ἔκστασις eſt tam mitis, quam vehemens; ſic παράκρουσις, non in gradu ſolum remiſſo, ſed intenſo etiam. Nam cum Hipp. memoret ἐκστάντας ὀξέως, ἐξισταμένους μελαγχολικῶς, & Galenus interpretetur ἔκστασιν μελαγχολικὴν τὴν σφοδρὰν καὶ θηριώδη, inde ſane colligendum, dari etiam delirium levius & mitius, quod tamen ἔκστασις vocetur, nec multum diſtinguatur à dicta παρακρούσει. Inveniuntur etiam apud Hippocr. lib. I. Præd. XXXIII. Παρακρούσιες τρομώδεες, ἀσαφέες, καὶ ψηλαφώδεες remiſſius, & θρασεῖαι, καὶ θηριώδεες, præd. XXV. intenſius. Nam Galenus, in Com. θηριώδεις nominari ſtatuit, ἐν οἷς καὶ παίουσι, καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσιν, καὶ χολῶσιν, τοὺς ἐπιβόλους τοὺς εἰσιόντας νομίζοντες. Quæ qui-

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 220 sur 291

quidem iſtiuſmodi παρακρούσεσι contrariæ videntur, quas ſupra, propter obſcuritatem earum, ob quam ſentiri vix poſſunt, ἀσαφεῖς appellavit. Quin & idem Galenus qui ſupra ἔκστασιν μελαγχολικὴν, σφοδρὰν expoſuit; Com. ad præd. 1. lib. 1. Παρακόψαι (τῷ παρακροῦσαι ἰσοδυναμοῦν) interpretatur τὸ ἐν ἀκμῇ σφοδροῦ πυρετοῦ παραφρονῆσαι. Sed nolo de verbis contendere. Voce autem παρακρουστικὸν ſæpius uſus eſt Hipp. Sic Præd. XI. lib. 1. Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα, ἰσχνὰ, σμικρὰ, πνιγώδεα, ὅτε χάνει μὴ ῥηϊδίως συνάγειν τε καὶ ἐκκλείειν τὸ στόμα, παρακρουστικά. Et lib. II. Præd. 1. Ἢν συμφορηθῇ τι τῷ οὔρῳ, τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος, παρακρουστικόν. Epid. etiam lib. VI. Ὀμμάτων θράσος παρακρουστικόν. Et τὰ στρογγυλώμενα πτυέλα παρακρουστικά. Et alibi paſſim. Quod autem propoſito noſtro propius inſerviat, eſt illud Epid. lib. III. in Hermocrate, quem ſcribit reddidiſſe οὖρα παχέα, οὐ καθιστάμενα, ἐρυθρὰ (non tamen χλωρὰ, ut Th.) & quinto die verſus noctem, deliraſſe. Πέμπτῃ, inquit, ἐς νύκτα παρέκρουσε.

Ἐν γὰρ πυρετῷ καυσ.] Auctor lib. alt. de Dynamidiis Galeno adſcripti, ubi de Urina cauſi. *Urina æruginoſa* (eſt autem ἰῶδες οὖρον ſpecies τοῦ χλωροῦ) *ſtranguriam ſignificat.*

Καὶ δηλοῖ κάθαρσιν τοῦ μελ. χυ.] Pſeudo-G. de Urin. cap. XIV. de Urina craſſa & nigra. σημαίνει τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν ἐκκενοῦσθαι πλεῖον, ὡς ἐπὶ τῇ παρακμῇ τοῦ τεταρταίου καὶ ἐπὶ τῇ λύσει τῆς μελαγχολίας. Et Ætius lib. V. cap. XLIV. ἰστέον μὲν ὅτι καὶ ἐπὶ τῇ παρακμῇ τοῦ τεταρταίου καὶ τῆς μελαγχολικῆς παρανοίας λυομένης οὖρα μέλανα ἐκκρίνεσθαι καὶ παχέα. Idem & Actuarius teſtatur, de Jud. Urin. lib. I cap. XX. *Compertum eſt nigras Urinas homini ſalutares eſſe in morbis præcedentibus, qui originem ab humore nigro traxerunt. Tam enim ſpecies melancholiarum, quam Quartana febris intermittens, Urina nigra apparente, celerrime ſolvuntur.*

Ἄκουσον.] Hanc vocem ex MS. Oxon. ſupplevimus, quæ hactenus defuit. Antea enim lectum erat, ὅτι δὲ ἀλ. ἐστὶν ὁ λόγος ἔτι καὶ τ.

*Ὅτι αἱ τρεῖς διαφ. τοῦ μελ. οὔρ.*] Urinas nigras ſuperius tripliciter diſtinxit; nam alias eſſe dixit ab humore melancholico evacuato, alias à frigore, & ab aduſtione tertium genus. Jam vero probare nititur tres haſce Urinæ nigræ differentias ſubſtantiam ſive conſiſtentiam naturali craſſiorem obtinere. Orditur itaque ab Urina nigra per excretionem humoris melancholici commiſti: & morbos eoſdem, quos ſupra, producit, Febrem quartanam viz. & melancholiam, in quorum ſolutione iſtiuſmodi urina nigra non rarò excernitur. Jam vero humor melancholicus, cum ex ſe terreſtris, craſſus, & niger ſit, neceſſe eſt ut urinæ commiſta illam craſſiorem efficiat. A primo lotio ad ſecundum progreditur, illud nimirum quod aduſtioni nigredinem ſuam acceptam refert, & hujus craſſitiem exinde demonſtrat, quod calor, ob cujus exceſſum aduſtio fit, humiditatem in vaſis abſumat, & exhauriat. Quod reſtat itaque, craſſius eſt. Tertium quod attinet, quod refrigeratione provenit, illud etiam craſſius eſſe quam quod optimum dicitur, oportet, quoniam frigus manifeſtâ ſuâ conſtringendi facultate urinam compingit, & hoc modo ſpiſſiorem reddit. Idem tradit ex Pſeudo-G. cap. IX. his verbis. *Ἔστι μὲν οὖν τὸ μέλαν χρῶμα ἢ διὰ τὴν ἐκκάθαρσιν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ, ἢ διὰ ψύξιν, ἢ δι' ὑπερόπτησιν τοῦ αἵματος. Ἔστι δὲ καὶ τὰ τρία παχέα.* Et cap. X. procedit, *Ὅτι δὲ τοῦ μέλανος αἱ τρεῖς εἰρημέναι διαφοραὶ παχυτάτης κέκτηνται συστάσεως* (lege, *παχυτάτης κέκτ. συστάσεως*) *ἐντεῦθεν κατάδηλον. Ἐπὶ τῇ παρακμῇ γὰρ τοῦ τεταρταίου, καὶ τῇ λύσει τῆς μελαγχολίας οὖρα φαίνεται μέλανα γινόμενα. Γίνονται γὰρ μέλανα διὰ τὴν ἐκκάθαρσιν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. Οὗτος δὲ γεώδης τῇ οὐσίᾳ καὶ παχὺς κατὰ σύστασιν ὑπάρχων καὶ τὰ οὖρα ποιεῖ παχέα. Ὁμοίως καὶ τὰ ἐξ ὑπεροπτήσεως αἵματος μέλανα γινόμενα οὖρα παχέα τυγχάνει. Εἰ γὰρ ὄπτησις ἀνιμᾶται* (leges *ἀνιμᾶται*) *τὴν ὑγρότητα τοῦ αἵματος εὔδηλον ὡς παχυνεῖ τὴν σύστασιν... καὶ ἡ ψύξις δὲ φανερῶς τῇ πήξει παχύνει τὴν ὕλην, καὶ τὴν σύστασιν τοῦ οὔρου ὁμοίαν ἀπερ-*

γάζε-

μίξει τῇ τοῦ χυμοῦ συστάσει, καὶ πάλιν τὰ οὖρα γίνονται παχέα, ὥσπερ ἐδίδαξα. Vid. Æt. lib. v cap.... ubi eadem docentur.

Καὶ μέλανα.] Adjeci hæc verba: præceſſit enim χυμὸς παχὺς καὶ μέλας. Verſ. etiam MSta, & *nigras*, habet; deſunt autem in MS. Gr. Oxon. ubi legitur, διὰ τοῦτο καὶ τὰ οὖρα παχέα.

Παχύτητα κατὰ συσ.] Prius ſcriptum erat παχ. καὶ συσ. Quod Morellus vertit, craſſitiem & conſiſtentiam, quaſi ipſa craſſitiei conſiſtentia non eſſet. Chartarius τὸ *ſimilem* addidit, & tranſtulit, craſſitiem & conſiſtentiam ſimilem. Neuter autem vidit mendum latere in voce καὶ, quam mutavi in κατὰ. Sic ſupra urinæ nigræ differentias dixit παχυτέρας τοῦ κατὰ φύσιν οὔρου κατὰ σύστασιν. Cod. Oxon. habet παχυτάτας κέκτηνται συστάσεις.

Ἐκτήσαντο.] Vulgo legitur ποιεῖ. Verſ. autem MStæ autor legiſſe videtur ἐκτήσαντο, aut κέκτηνται. Vertit enim poſſederunt. Sic & infr. cap. xx. προσωνυμίαν ἐκτήσαντο. Et Pſeudo-G. cap. ix. de iiſdem urinis, παχυτάτας κέκτηνται συστάσεις. Item Ætius, lib. v cap. xliv. παχύτητα κέκτηται συστάσης (lege συστάσεως, aut παχυτάτας συστάσεις.) Nec non in MS. Gr. Oxon. ut dictum, hoc loco legitur παχυτάτας κέκτηνται συστάσεις. Ferri tamen poteſt & lectio altera ποιεῖ, quæ vox interdum idem valet ac ἔχει. Paulus Ægineta, lib. ii. cap. xii. Εἰ δὲ τὴν κατὰ φύσιν χρόαν ἀκριβῶς φυλάττον [οὖρον] ὑπόστασιν λευκὴν καὶ λείαν καὶ ὁμαλὴν καὶ πολλὴν ποιεῖ, πέψεως μὲν ἂν εἴη ἀκριβοῦς γνώρισμα. Ubi ὑπόστασιν ποιεῖν idem ſonat ac quod inferius ait ὑπόστασιν ἔχειν. Ut δυσώδεις ὑποστάσεις ἔχει. Et καὶ ἔχῃ τινὰ ὑπόστασιν. Suſpicor autem apud Paulum legendum ποιεῖται. Nam ita Gal. de Criſ. lib. i cap. xii quo Paulus reſpexit. Πεττόμενα ἐπὶ τοῦ αἵματος ὅσον ἂν οὐρηθῇ, λείαν, καὶ ὁμαλὴν, καὶ λευκὴν, ὑπόστασιν, καὶ πολλὴν ποιεῖται. Eodem etiam capite idem Paulus ait: Τὰ δὲ εὔχροα τε ἅμα καὶ ἤτοι τὰς ὑποστάσεις λευκὰς, καὶ λείας, καὶ ὁμαλὰς, ἢ νεφέλας τινὰς ὁμοίας, ἢ ἐναιωρήματα, πεπεμμένα, πάντων ἐστὶν οὔρων χρηστότατα. Sic & Theophilus, παχύτητα κατὰ σύστασιν

ποιεῖ

ποιεῖ (aut ποιεῖται,) craſſitiem in ſubſtantia habent, poſſident, obtinuerunt; ſive quoad conſiſtentiam craſſæ ſunt.

*Ὑγρότητα ἀνιμᾶσθ.*] Chartarius legit ἀνικμᾶσθαι. Verum omnino retinendum ἀνιμᾶσθαι, quomodo etiam ſcribitur in MS. Oxon. Lucianus in Pſeudomanti de Alexandro Impoſtore: Εἶτα φιάλην αἰτήσας, ἀναδόντος τινὸς, ῥᾳδίως ὑπολαβὼν, ἀνιμᾶται μετὰ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ πηλοῦ τὸ ᾠόν· ἀνιμᾶται ᾠὸν i. e. ovum extrahit, aut exhaurit. Et Theod. Gaza illud Cic. de Senect. Alii ſentinam exhauriunt Græce traducens, ita vertit; ἕτεροι δέ τινες ἀνιμῶνται τὸν ἄντλον. Deceptus forſan Chart. verbis iſt... Pſeudo-G. cap. IX. Εἰ γὰρ ὄπτησις ἀνικμᾶται τὴν ὑγρότητα τοῦ αἵματος, εὔδηλον ὡς παχύνει τὴν σύστασιν. Ibi autem & ἀνιμᾶται legendum cenſeo. Confiteor ἀνικμάζειν idem denotare quod ἀνιμᾶσθαι aut ἀνιμᾶν, exſiccare viz. non autem ἀνικμᾶσθαι, aut ἀνικμᾶν. Quæ voces cuipiam legenti, ni multum fallor, haud facile occurrunt.

*Τῷ λόγῳ τῆς πήξεως*] Mor. edidit τῷ λ. τῆς ψύξεως. Cod. autem Oxon. habet melius, πήξεως. Et ita legit Chart. Lectionem firmat Pſeudo-G. cap. X. Καὶ ἡ ψύξις φανερῶς τῇ πήξει παχύνει τὴν ὕλην, καὶ τὴν σύστασιν τοῦ οὔρου ὁμοίαν ἀπεργάζεται τῇ τοῦ χύματος συστάσει, καὶ πάλιν τὰ οὖρα γίνονται παχέα.

*Πονηρὰ* Morellus edidit καὶ δυσπνοίας πόνημα. Et vertit, *Spirandi difficultatis laborem.* Totum enim locum ita tranſtulit: *Denotant quoque aliud: Etenim in febribus acutis ejuſmodi Urinæ procedentes cum ſudore capitis, & colli & dorſi, & ſpirandi difficultatis laborem ob vim torridam, declarat.* Phraſis autem duriuſcula videtur δυσπνοίας πόνημα, cum δύσπνοια in ſe πόνημα contineat; ut nihil dicam de voce *declarat*, quam aut à præcedentibus mutuatur, aut à ſubſequentibus, aut (quod verius putem) ſupplet ἀπὸ κοινοῦ. Quod cùm audacule factum Chartario videatur, ipſe ἐστὶ inſeruit, & πόνημα mutandum cenſuit in ποιητικά. Ipſe ea verba reddit, *ſpirandi difficultatem pariunt.* At nihil tale ab Urinis nigris ſigni-

gnificari uſpiam, quod ſciam, proditum eſt, nec diſpnœa à ſanguinis aduſtione ita pendet, ut hæc illius autor ſit. Cod. Oxon. tenebras Cimmerias huic loco offuſas potenter diſpulit. Habet enim πονηρὰ. De iſtiuſmodi urinis & Hipp. præd. lib. II. χεῖρες τρομώδεες, κεφαλαλγίαι, τράχηλοι ὀδυνώδεες, ὑπόκωφοι, οὐρέοντες μέλανα δεδιασμένα, ὧσι ταῦτα μέλανα προσδέχεσθαι ἥξειν, ὀλέθριον.

Τὰ σημαινόμενα αὐτῶν] Parum refert, utrum legatur αὐτῆς cum Morello & Chartario, an αὐτῶν nobiſcum. Nam ſi αὐτῆς legas, ſubaudiendum παχείας συστάσεως; ſi vero αὐτῶν, συμπλοκῶν. Cum autem præceſſerit συμπλέξαντες τὰ μετ᾽ αὐτῆς δυνάμενα χρώματα συνελθεῖν, (quibus verbis conſiſtentiæ craſſæ συμπλοκαὶ denotantur) & ſequatur τὰς αἰτίας αὐτῶν, & αὐτὰς ἐκθήσομεν, plurali numero ſingularem poſthabui, cum Th. ad συμπλοκὰς præcipue reſpicere videatur. Quin & in Conſiſtentia tenui ſupra dixit, τὰ σημαινόμενα αὐτῶν (συμπλοκῶν viz.) non αὐτῆς.

Ἐπὶ διαγραμμάτων αὐτ. ἐκθ.] Ita lego pro διὰ διαγρ. ut in editis. Mirum nec Morello nec Chartario in mentem veniſſe heic quædam deeſſe. Supereſt enim, inquit Theophilus, ut & conſiſtentiæ craſſæ (non ſecus ac tenuis, quam ſuperius dedimus) complexiones per diagrammata exponamus. Jam vero ipſa diagrammata in editionibus Morelli & Ch. deſunt. Petii itaque ex capituli ſequentis calce, ubi imperita quædam manus eadem inſeruiſſet inter τὸ ὑπόξανθον, vocem ultimam capitis, & ταῦτα καλῶς verba prima cap. x. Parum autem commode illic collocantur, imo inepte, cum ibi de Conſiſtentiæ mediocris, non craſſæ, diagrammate, actum ſit. Idcirco inde huc tranſtuli, eo quidem ordine, quem textus exhibet. Qui licet iſti à Theophilo obſervato, cum de coloribus aut complexionibus hiſce ſeparatim ſuperius egerit, nequaquam reſpondeat, illum tamen nullo modo perturbandum cenſui, eo quod fidem aliquam conjecturæ iſti facere poſſit, quæ apud Th. priori loco tranſpoſitionem ſuſpicatur. Nam eodem ordine

O hic

hic recenſentur, quo ſupra diximus in MSto Lat. recenſeri. Poſt ἐρυθρὸν enim ſequitur οἰνωπὸν, tum κυανοῦν, dein χλωρὸν, & poſtea πελιδνόν. Non ἐρυθρὸν, πελιδνὸν, οἰνωπὸν, κυανοῦν, χλωρὸν, ut ſupra apud eundem Theophilum. vid. not. ad verba, παχὺ πελιδνόν.

Τὸ ὑπόξανθον] Ita legendum, non ξανθὸν, ut in impreſſis. vid. Annot. in cap. III. ad verba, ὁ μὲν γὰρ Γαληνός.

Ο'δὲ Μάγνος τὸ π. καὶ ὑπ.] Vide quæ ad hæc verba πυῤῥὸν καὶ ὑπόπυῤῥον adnotavimus in fine cap. 3.

Α'κηρῶσαι κτλ.] Hinc apparet inſignis Theophili modeſtia, & erga Galenum & Magnum, illo tamen haud multum antiquiores, imo juniores forſan, aut contemporaneos, reverentiam, qui ſeculi hujus δοκησισόφοις quibuſdam αὐτοδιδάκτοις (perfrictæ & ære triplice munitæ frontis homuncionibus) exemplo eſſe poſſit, quibus veterum placita, & coætaneorum dogmata, præ cerebelli proprii figmentis pluſquam chimæricis ſordent. Imo eo uſque excrevit puſillorum licet neotericorum quorundam gigantea plane impudentia, ut veteres ſugillare, & conviciis lacerare, proſcindereque, controverſiæ proram ducant & puppim. Verum ora illorum rabida Terra brevi eſt obſtructura; ſcripta vero, quæ in Philoſophiæ & Medicinæ Principes, & ornamenta citius, ut dicitur, quam aſparagi coquuntur, conſcribillant, & in publicum protrudunt, in turis piperiſve cucullos, aut Cloacinæ Deæ ſacrificia abitura: cum veteres annis retro pluribus mortui loqui non deſinent, & eorum opera, invitis hiſce miſellis παλαιομάστιξι, futura ſunt mundo coæva, nec niſi cum illo ruitura.

Α'πολειφθέντα] Legi pro ἀπολειφθέντων. Nam eorum quæ Galenus & Magnus omiſerunt, ſupplementum Theophilus pollicetur. Cod. Oxon. ἐξ Ε'κατέρων λειφθέντα.

Συμμίξωμεν ἔτους.] Iſtud ἔτους, ni fallor, monet aliquid deeſſe, quod miror Morellum & Chartarium non animadvertiſſe. Supplevi itaque σύμμετρον ἐν συστάσει ὄντι τοῖς χρώμασιν, Ὑπόπυῤῥον, Πυῤῥὸν καὶ Ὑπόξανθον; Quæ paulo inferius ante Παχὺ λευκὸν &c. ἀτόπως inſerebantur.

Ὅτι

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 226 sur 291

Ὅτι μετὰ τῆς συμ. σ.] Quantis & quam fœdis mendis hic locus ſcatuit ex contextu veteri, quem & Chart. retinuit, diſcere licet. Nam ſcriptum reperimus, Ὅτι μετὰ τῆς συμμέτρου συστάσεως οὐ δύνανταί τινι τῶν χρωμάτων συνελθεῖν, πλὴν ὑπόπυῤῥον καὶ ὑπόξανθον ἐν τῷ μέσῳ ἐχόντων τὸ πυῤῥόν. Quæ Morellus vertit: Quia cum Temperata Conſiſtentia non poſſunt ulli colori convenire præterquam ſubrufo & ſubflavo &c. Ubi quid velit per hæc verba *non poſſunt ulli colori convenire* divinare non poſſum. Nihil enim occurrit, quod reſpondeat τῷ δύνανται. Mutavi idcirco δύνανται in δύναται, ut alibi non ſemel, & pro τινὶ legi τί, item pro ἐχόντων ἔχοντα. Subjungit enim hic Theophilus rationem ejus quod præceſſit. Dixerat ſupra Urinam tam in colore quam ſubſtantia mediocrem triplicem eſſe, Subauream viz. Auream & Subflavam, jam numerum iſtum ternarium ſtatuminat, aſſeritque plures connexiones quam tres fieri non poſſe, cum nullus color cum medioceri conſiſtentia convenire poſſit præter tres illos modo memoratos; Subaureum nimirum, & Subflavum, qui in medio habet colorem Aureum. h. e. quod modo dixit, ὑπόπυῤῥον, πυῤῥὸν, καὶ ὑπόξανθον. Nam ibi Aureus color medius eſt inter Subaureum & Subflavum.

Ἵνα δ' ᾖ] Ita legendum Morellus conjectat, cum in Cod. manu exarato ſcriptum eſſet ἵνα δ' ἐστί. Cod. MS. Oxon. habet rectius ἵνα δ' εἴη.

Ἐκθέσωμεν καὶ ταύτην οὕτως.] Plura hic ſequuntur apud Morellum & Chartarium legenda, ſuis autem locis à nobis ſuperius inſerta. Hoc autem in loco ad diagrammatum præcedentium exemplum hæc ſolummodo interponenda cenſui · σύμμετρον ὑπόπυῤῥον, σύμμετρον πυῤῥὸν, σύμμετρον ὑπόξανθον.

Ἀρξώμεθα] Sic Chartarius legit, non λεξώμεθα, ut Morellus edidit. Lectionem confirmat MS. Oxon. ubi legitur etiam ἀρξώμεθα. Sic ſup. cap. 1. διαίρεσιν ἀρξάμενοι. Et ἀπάρξασθαι τῆς διδασκαλίας. Ita legiſſe videtur & verſ. MStæ autor; nam vertit per *Incipiamus.*

Ἐστὶ μὲν οὖν ἡ ῥῆσις τοῦ ἀφ. Ιτ.] Hic in utraque editione

ante noſtram multa defuerunt, quod ſummopere miror neque Morellum nec Chartarium obſervaſſe. Quis enim, obſecro, credere potuit Theophilum poſt παρασκευὴν adeo amplam inſtitutam, qua promittit de Hypoſtaſi (parte Urologiæ haud contemnenda) ejuſque conſiſtentia, ſignificatis, & prædictionibus latiſſime acturum, quibus & invocationem Chriſti ſolennem adjecit; Quis, inquam, hiſce lectis credere poſſit Theophilum nihil aliud protuliſſe, quam paucula quædam de Urinis Similagineis? Certe, ſi hoc verum eſſet, rectiſſime dici poſſit, *Nil dignum tanto tulit hic promiſſor hiatu*. Verum hiatus non Theophilo adſcribendus, ſed Gr. Cod. MSto Regis Galliæ, quo Morellus uſus eſt, qui non modo vitioſus fuit, ſed & mancus. Hiatus quidem hic Morello & Chartario prætervisus utrique impoſuit, iiſque turpiter hallucinandi anſam præbuit. Morellus enim verba, in Pariſienſi Codice proxime ſequentia, Εἰ δὲ καταλάβοι πυρετὸς &c. ita intellexit, ac ſi eſſent Hippocratis, & ad oram libri annotavit quaſi inter Aphoriſmos ejus reperienda forent. A Morello deceptus & ipſe Chartarius verſionem τῶν, Εἰ δὲ καταλάβοι &c. uſque ad καλεῖται κριμνώδης, alio charactere, Italico puta, imprimendum curavit, quod apud illum ſolenne eſt, quotieſcunque textus aliquis allegatur. At vero verba iſta non ſunt Hippocratis, ſed ipſius Theophili. Nam inter Ἔστι μὲν οὖν ἡ ῥῆσις τοῦ σοφωτάτου Ἱπποκράτους p. CIV. & Εἰ δὲ καταλάβοι π. p. CXXXII. (quæ verba in Par. Cod. invicem cohærebant) μέγα χάσμα ἐστήρικται. Siquidem tota ferme de Hypoſtaſibus doctrina interjecta eſt. Quem defectum ex MSto integro, inter Bibliothecæ Bodleianæ κειμήλια repoſito, ſupplevi, & verſionem novam verborum nunquam antehac typis impreſſorum adornavi. Locus autem, quem Theophilus innuit, occurrit apud Hipp. lib. prænot. de quo ſtatim.

Οὖρον ἄριστόν ἐστιν] Hæc leguntur apud Hipp. in prognoſtico ſive lib. præn. ut ſupra annotatum eſt cap. III. ad verba: Ἄριστόν ἐστι καθ. quem locum adi. Hippocrati concinuit Chriſtodulus ἀνέκδοτος, περὶ οὔρων. Εἰ μὲν οὖν, inquit,

τὸ

Theofilou peri ouron biblion. Theophili de urinis libellus. T. Guidotius ... - page 228 sur 291

